



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Exomologesi Sacerdoti Facienda Elvcvbratio

Mermannus, Arnold

Lovanii, 1564

[Text]

urn:nbn:de:hbz:466:1-30308

DE P A E N I

TENTIA P V B L I C A E T

S O L E M N I L I B E R , D . I I L L V S


T R I S S I M O A N T O N I O P E R R E

- n o t t o S . R . E . P r e s b y t . C a r d . G r a n u e l -

- i n o l a n o c o n s e c r a t u s . A u t o r e F . A r n o l -

- d o M e r m a n n i o

- A l o s t a n o .


 A E N I T . O m n i s
 m i h i m o r a m o l e s t a
 e s t , a d e o m e t e n e t
 d e s i d e r i u m p a e d a -
 d a g o g i , m e i q ; a u d i -
 e n d i C a t e c h i s t a .
 C e r t e q u i d e l i c t i o -
 l i m a p u d R o m a n o s
 r e i p u b . c o n s u l t a b a n t , v e l a t a t e , v e l c u r a e ,
 s t u d i j q ; s i m i l i t u d i n e P a t r e s a p p e l l a b a n t u r
 q u e m a d m o d u m a p u d C r i s p u m S a l u s t .
 l e g e r e m e m e m i n i p u e r u m i n c o n i u r a -
 t i o n e C a t i l i n e , e g o v e r o h u i c v i r o , n o n
 s o l u m m e i p a r t e m s i c u t p a t r i e , s i c u t p a r e -
 t i b u s , s i c u t a m i c i s , s e d r o t u m m e , q u a n t u s ,
 q u a n t u s s u m , & p l u s q u a m s o l u e n d o s u m
 v n q u a m d e b e r e m e p r o f i t e o r l i b e r a l i t e r ,

m m o i s

N ij

p r e c l a

præclareq; sensisse philosophū Aristoteli
 arbitror lib. 9. Ethico. Sicut dijs, & paren-
 tibus, ita nec magistris repēdi æquabilem
 vicē, paremque posse. Quorundam scrip-
 ta, dictaque tātum clarum habent nomen
 cætera verò exanguiā sunt, instituunt, dis-
 putant, cavillantur, non faciunt, neque ani-
 mum addunt, quia non habent, hic verò
 superi boni, quantus vigor, quantū est suc-
 ci, quot neruorū, viuit planè, viget, dimit-
 tit me plentū ingentis fiducia, in quacūq;
 mentis positione, ac statu sim, cū hunc
 audio sua verba resonantem, fateor, libet
 casus omnes prouocare, lubet exclamare,
 quid cessas fortuna? Quid cessas hæresis?
 quid malorum Athe moram facis? cōgre-
 dere tā mihi volupe est habere, quod vin-
 tam, quā tu studes vincere, meamque
 virtutem exercere quam irritatam cresce-
 re, magis magisq;, inventoresque adire, tā-
 quam multorum hereditatem iuuat, mihi
 enim ista acquisita mihi laborata sunt, ne-
 que aliter ea intueor obstupefactus, quam
 ipsum interim mundum, quem sæpe tan-
 quam spectator nouus, velutq; coram vi-
 deor, dum ad veterum monumenta im-
 mortalia illa animum intendo, & quidem
 aliorum

aliorum aliorumque & temporum & popu-
 lorum ad me transire hereditatem, à me
 verò, meoque hoc communi tuo sentio,
 multum enim (vt apparet) si quidem neces-
 se est, vt veniant scandala, & hereses oriā-
 tur, operis restat, multumque restabit per-
 petuo, tametsi quaedam schismata occidāt,
 & tanquā Atomi democritici, & Epicu-
 rai, è suo mundo euanescant, indeque in
 infinitum, atque immensum, id est in aliū
 & in alium mox transeat ac conflētur vn-
 de nulli nato, post mille secula, si quid va-
 ticipinari, ac diuinare mihi licet, precludatur
 occasio aliquid nostræ adijciendi heredi-
 tati. Quanquam enim omnia à veteribus
 inuenta essent, vel hoc semper certè nouū
 erit vsus & inuentorum ab alijs scientia,
 & disputatio, & incrementa, puta nāque
 relicta nobis medicamenta quibus sana-
 rentur oculi, non quidē opus est alia qua-
 rere, attamen hæc quoque, & modis & tē-
 poribus, & morbis, suisque personis aptā-
 da sunt, hoc siquidem oculorum asperitas
 colleuatur, hoc palpebrarum crassitudo
 tenuatur, illo, vis subdita, & humor auer-
 titur, isto visus acuitur, teras hæc oportet,
 illa haudquaquam, & singulis deniq; suis

singul

N iij

adhi-

adhibendus est modus. Similiter animi re-
 media inuenta sunt ab antiquis, quomodo
 autem adhibeantur, aut quando, aut qui-
 bus nostri est operis quarere multum ege-
 runt, qui ante nos fuere, sed non perege-
 runt, neq; numeris omnibus rem absolue-
 runt, Suspiciendi tamen sunt, rituq; diuo-
 rum colendi. Quid ni igitur ego maiorum
 virorum imagines habeam incitamenta
 animi? & natales celebrem? quid ni ego
 illos honoris causa appellem? quam enim
 venerationem parentibus meis debeo, eã-
 dem humani generis preceptoribus, à qui-
 bus tanti boni, initia fluxerunt, debere me
 confiteor, imo tanto amplius, quanto ma-
 gis illi caduci corporis, quam immortalis
 animi hi verò huius potius, quã illius vitã
 præbent, si consulem, si prætorem, si tribu-
 num plebis, si imperatorem video omnia
 quibus honor haberi honori solet facio,
 femita cedo, caput adaperio, assurgo, ve-
 locius vtrumque vicissim flecto popli-
 tem. Quid ergo? Ignatium, Polycarpum
 Dionysium Areopagitam, Cyprianum,
 Ambro. Hiero. Aug. Basil. reliquosq; in
 æquum meum inhonores recipiam? ego
 vero illos veneror, tantisq; nominibus as-
 surgere

furgere voluptas mihi non minima est,
 quibus nō tā me ipse dedi dimidiū. quā me
 ab illis integrū recipio, quāq; me totū ipsi
 mihi reddunt. Cæterū iā nunc pegasum
 mihi ego optē, aut Mercurij, Dedaliue alas
 quibus ocijs ad Gymnasten peruolē meū,
 verūm eccum obuiam (ni fallor) illū, pre-
 cor tibi hunc faustum diem vir optime.

C A T E C H. Faxit Deus, vt & mihi, et
 tibi sit felix, sed nihil infaustum viro bo-
 no potest accidere, imò ne inopinatū qui-
 dem, cuius vitæ ratio, ita cōposita est, vt
 quicquid mortali conditioni euenire pos-
 se existimat, euenturum aliquando sibi ca-
 uet cautius semper ad nostrū verò insti-
 tutū reuertamur, meministi credo omnia
 gymnasia clamare cunctas veterū scholas
 vniuersas ætatum omnium, atque Eccle-
 siarum consuetudines secundum diuino-
 rum oraculorum dictamen, sua hæc esse
 omnia propria, quæ de confessione spe-
 ciali in aurē sacerdoti facienda diximus,
 nunc iā progymnasmatum loco, quæ heri
 in mediū contulisti discutiemus: hinc inde
 de confessione, pœnitentiæque publica, &
 & solemnī (duce numine) pertractabimus,
 nō expatiabimur, ne latū culmū (quod in-
 quiunt)

quiunt) neq; ab his, quę proposita sunt discrepabit oratio, ne (quod dici solet) ista nihil ad carmen, & quasi extra cantionē agēs dicensue abs te audiam, alia Meneclēs, alia Porcellus loquitur, ut est in prouerbio, ad quod alludit Lucilus in Epigramate non ineleganter. Sicula bos & capra mihi periere Meneclēs.

Apud
Eras. Chi
liad. 3. cē
sur. x.

Ac merces horum nomine pensata tibi est.
Nec mihi cum Othryade quicquam estue fuit
ue negocii.

Nec fures illos, huc cito Thermopylis.

Sed contra Eutychidem nobis lis, proinde quid
hic mi

Aut Xerxes facit, aut quid Lacedemonij?

Ob pactū & de me loquere aut clamauero clare

Multo aliud dicit sus aliud Meneclēs.

Quod igitur ad Erasmus attinet vnū

hoc sic habeto, multos certē viros aposto-

licos olim errauisse, cū illa lis sub iudice,

senatu apostolorū penderet. An lex Moy-

sis cū lege Evangelica esset seruanda, eosq;

potissimū, qui ex circumsione erant teste

Paulo æmulatores suę legis fuisse pertina-

cissimē, & tanquam sua moenia eam asser-

tionē tutatos, adeoq; ipse Petrus Aposto-

lorū caput, & facilē princeps, vidēs vtraq;

ex parte, cū gentium tū græcorum ingens

immi-

imminere discrimen, humani aliquid pas-
sus, non dicam erravit (absit) sed consulēs
partibus simulavit se alium, aliumq; apud
alios, & alios, atq; eam ob causam repre-
hendi à Paulo meruit & in faciem argui.
D. Papias Apostoli Ioannis auditor Hie-
rapolitanus Episcopus, in a familia anno
rū Iudaicam tradidisse dicitur *ἑρτρεπασίη*
quem secuti sunt Irenæus, Iustinus & Ap-
pollinaris, & ceteri qui post resurrectio-
nē aiunt in carne cum sanctis Dominum
regnaturum & Tertullianum & Victoriū
pictaviensem, & Lactantium, & Sulpitium
Seuerū in Dialogo cui titulus est Gallus.
hac ductos opinione affirmat Hiero. in ca-
talog. scrip. Eccle. Et in cōment. in Ezech.
prophetam. Idem quoque impingit Ce-
rinthianis August. libro ad Quodvultde:
de hæresibus hæres. 8. & Nepoti cuidam
Ægypti episcopo, alioqui religiosissimo
Dionysius Alexand. vt habet Eusebius
Cæsa. Eccle. Histo. lib. 7. ca. 22. & Niceph.
lib. 6. ca. 21. & August. lib. de Eccle. dog-
matibus cap. 55. & Theodoret. lib. 3. de fa-
bulis hæret. Et circa quæstionem de paschæ
celebratione qualis fuerit altercatio asia-
norū Episcoporū & Romanorū siue oc-
ciden-

De hac
re extat
famosa
disputa-
tio inter
duo egre-
gia Eccle-
siæ lumi-
na, D. D.
Hieron.
Augusti-
num.

De hac
re extat
famosa
disputa-
tio inter
duo egre-
gia Eccle-
siæ lumi-
na, D. D.
Hieron.
Augusti-
num.

cidentalium, & orientalium Ecclesiarum,
 quamq; hæ orientales inquam, atq; græca-
 nica ignorarint. Evangelicæ legis vigo-
 rem liquet apud Eusebium Eccle. Histor.
 lib. 5. ca. 23. etc. & Niceph. libro 6. cap. 21.
 & canon. 7. Apost. & Concilio Romano
 sub Syluestro papa can. 1. & alibi Cypria-
 num quoq; à recta fidei catho. id est Ro-
 manæ norma, omnesq; africæ Episco-
 pos, atq; Ecclesias, super baptismo, alijsq;
 sacramentis ab hæreticis collatis aberrauis-
 se, locuples testis est, & passim obuius
 August. Iam verò quid Origenem Totia-
 num Iustini discipulum aliosq; innume-
 ros religiosissimos cæteros mortales illos
 enumerem, quos aliter, aliterq; lapsos cõ-
 pertissimum est. Quid igitur mirum si est
 lapsus Erasmi? qui vsque adeo veteres do-
 ctiores homines fuisse cõtendunt errareq;
 potuisse & nõnullos equidem à via procul
 errauisse, quid tantopere offenduntur si
 humani illud Erasmo, quem si illis con-
 feras tyronem literarium vix dixeris acci-
 disse. & obrepisse somni instar dolemus,
 quod illi cum tot ante heroibus commu-
 ne est? quandoque enim bonus (quod in-
 quit Horat.) dormitat Homerus, & nihil
 est ab

D. Eras-
 mus er-
 rasse est
 & explo-
 ratũ ma-
 litiosum
 fuisse, nõ
 ita.

est ab omni parte beatum, & vitij sine ^{Flacc.}
 nemo nascitur optimus ille est, qui mini-
 mis vrgetur & in vitium ducit culpa: fu-
 ga si caret arte, nec semper feriet quodcuq;
 minabitur arcus, & Plinio teste nemo mor-
 taliu omnibus horis sapit, & alius de alio
 iudicat dies, supremus de omnibus li. 7. ca.
 Neq; pulchrum dedecet corpus, vnus &
 alter nauus, nam & oratio, & ligata & pe-
 destris antithetis non nisi exornatur, sicut
 & vniuersum ipsum bonis malisq; homi-
 nibus, si August. credimus. Erasmus sane
 errare potuit, quod humana infirmaque
 conditionis est, at haereticus (credo pro-
 fecto) esse noluit, quod non nisi diuini mu-
 neris est, sed illud potuit & nolens, eoque
 nomine meretur veniam, & miseratione
 probrum, ac vituperium nequaquam, hoc
 vero non nisi sciens, & prudens, id quod
 virtuti ducendum est. Illud autem argu-
 mentum quod de peccatoru ignoratione <sup>2. Argu-
 menti so-
 lutio.</sup>
 afferunt, cordisque humani abditissimis
 latebris, & quasi labyrintho inexplica-
 bili, prorsus stupeum est (vt ita dicam)
 quamobrem namque oppidoquam igitur
 per omnium ora virum, oraculum illud
 pro foribus templi delphici ab Amphyc-
 tyonibus

tyōnibus inscriptum (vt habet Plato in Charunde) fertur, nosce teipsum ? Quamquam enim Thales Milesius vnus septem sapientum gręcorum, rogatus quid esset difficile, seipsum nosse, responderit, quid vero facile, alterum monere dixerit, attamen quod inquit Horat. epist. ad Męcenatem. Non possis oculis quantum contendere Lynceus.

Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Nec qui a desperes inuicti membra Glyconis

Nodosa corpus nolis prohibere chiragra

Est quodam prodire tenus, si non datur ultra

Etc. & in epist. ad Lollium.

Dimidium facti qui cępit habet sapere aude

Incipe viuendi qui rectę prorogat horam

Rusticus expectat dum desinat annis, at ille

Labitur & Labetur in omne volubilis æuum.

Itę epistola hb. 2. ad Augustum Cęsarę.

Vtor permissa caudaque pilos vt equina

Paulatim vello demo vnum demo etiam vnum

Dum cadat elusus ratione ruentis acerui

Qui redit ad fastos & virtutem æstimat annis.

Et fortę apud Ethnicos seipsum ignorare tolerabile erat, fortę & apud Christianos quamquam iniquius molestiusq;. Quis porro illud hominum genus fert, qui se nosse nolunt, quiq; nihil aliud scire se sciāt nisi

gudino vj

nisi quod se nesciant libenter, multo sane
 diuersum est nescire quæ velis nosse &
 nolle scire quæ possis, in rebus enim ma-
 gnis & voluisse fat est, ijs potissimum quæ
 aut humanum captū, aut vires superant,
 & si quidem non falso de sua natura hu-
 manum genus quærat, & iuxta & æquæ
 industria, atq; vis suppetat. Sed solemus
 inquit Hiero: in epistola in Sabmianum,
 mala domus nostræ scire nouissimi, ac li-
 berorum & coniugum vitia vicinis canē-
 tibus ignorare. Quod vero aiunt, nus-
 quam scriptū esse omnia peccata ad me-
 moriam reuocanda, & inde tanquam de
 penu sacerdoti esse referenda bona fide fa-
 ciunt ne pro suo more, scriptum non scri-
 ptum, non scriptum, scriptū est, quod illis
 lubet, in ea namq; opinione, atq; heresi
 etiam fuit Panormitanus vt tradit circa
 cap. Omnis vtriusq; sexus, vt alios eius vi-
 ri errores taceam. Quod cauillantur ex fi-
 guris, & parabolis, & sensu mystico non
 esse statuendam religionis regulam aut fi-
 dei, vt id illis donetur, certè saltem mores
 ita bene instrui atq; ita priscos instituisse
 non ibant inficias (opinor) eamq; fuisse
 veterū consuetudinē, & euangelicę legis
 instar

instar inolitum morem, faciendæ sacerdoti exomologeseos, tamen non videam quomodo Christus non venit soluerè legem, verum eousq; adimplere, vt nec iota ynum, aut apex frustrandus sit, si ex veteri testamento non possit legitime concludi inferriq; nouum, & ex figuris veritas liquere, ex vmbra corpus sentiri, ex litera spiritus colligi, ex legè gratia intelligi, id quod Christum, Petrù, Paulum, Ioannem, aliosq; euangelij prædicatores fecisse probatum est. Hanc vero confessionem particularem, priuatamq; poenitentiam, non esse natam ex illa generali & publica, atq; solèni, sed ediuerso, ex illa hanc, vel eo nomine credendum est, quod sicut testati sumus Origenem, Cyprianum, August. ceterosq; penes sacerdotes erat, idq; ipsorù fuerat partiù, vt audita peccatorum varietate, grauitate, ac omnibus, & circumstantijs, aut publicam & solènem, aut publicam non solennem, aut priuatam aliquã poenitentiam iniungerent pro suo arbitratu, atq; censura, & virgula illa diuina, qua rerum istarù potiebantur, ita volente numine, cui reluctari nefarium est, adigerètq; si ita videretur, ingentibus criminibus obnoxios

noxios ad exomologesim publicam, solē-
nemq; faciendam, non tam absolutionis
(vt apparet) implorāda, quam satisfactio-
nis & impetrandorum suffragiorum, pre-
cumq;, & lachrymarum, & ieiuniorū cō-
minium totius Ecclesiæ ergō, eo quod im-
possibile sit secundum Hiero. elogium,
multorum orationes non exaudiri, matris
inquam apud patrem pro filijs & apud fra-
trem pro fratribus, sponsæ apud sponsum
pro amicis spōsi, corporis quod est ecclesia
apud caput quod est Christus pro mem-
bris, reliquis, deniq; spiritus postulationes
apud Deum pro sanctis de hac igitur pæ-
nitentia publicā & solēni nunc videamus
deinde promontoriū illud, quò se ferè re-
cipiūt sectatores nuperi de abolita Con-
stantinopoli (vt mentiuntur splendide)
cōfessione diruamus, reliquoque men-
daciorum, technarum, sycophantiarū, pe-
lago, quod perpetuò nauigant infelicif-
simi, remisque, velisq; nitentes, vt Pe-
tri nauiculam rimis vndique fatiscentem
(O dirum malum) obruant, æquemus, ac
velut solo sternamus.

PAENIT. eius rei quam dicis argumē-
ta mihi dari poruelim.

Catech.

CLATE C. Faciam, si non ut volo, ut
 possum, certè ad omnibus in suis concio-
 nibus præfari Soprati erat familiare, & fre-
 quens. Sentum namq; est, æquabile nihil
 posse esse, quod non à certa ratione profici-
 ciscatur, & hinc quidè orationis vela facie-
 mus, tu videris an tuæ expectationi respō-
 dere, & huic sæculo nequā satisfacere de-
 beant meritò exq; virtute, quæ tot antè se-
 culis à nobis permetiendis percurrendisq;
 quemadmodū in asserionibus dimēsi su-
 mus, alijs tam egregiè probata fuere, tætsi
 (vt argutius aliquid dicam) dato quod cō-
 fessio ab Ecclesiā, & spiritu sancto autore
 instituta, inq; ijs numeranda sit de quibus
 August. libro 3. confess. cap. 7. & 8. De iu-
 stitiam nulla ex parte variari, & tamen va-
 rijs tēporibus nō oīa simul, sed propria di-
 stribuētē, & percipiētē cū autē aliquid cō-
 tra morē aut pactū quorūlibet iubet & si
 nunquā ibi factū est, faciendū, & si omis-
 sum est instaurandū, & si institutū non est
 instituendū tamen asserens, nescire me scia
 probè qui D. Matthæi, Marci, Luca, Ioan-
 nis commentarij, D. Petri Pauli aliorumq;
 Christi Apostolorum ac discipulorum
 scripta dictataue, hominū in quā peccatorū
 & in

abscis

& infirmitate circundatorum, obnoxio-
 rumq; miseræ mortalium conditioni, iuris
 esse diuini censeantur, vniuersalis verò
 Ecclesiæ, id est domus Dei viui, quæ
 œcumenicis concilijs præsentatur, placita,
 decretaq; haudquaquam, præsertim cum
 ea columna & firmamentum veritatis à
 Paulo ad Tim. 3. asseratur, eique spiritum
 suum perpetuum hospitem, inhabitatorè,
 & doctorem, & paracletum, Christus spo-
 sponderit affore, & experientia rerum o-
 mnium magistra, didicerimus fideiũ do-
 mum, siue familiam, seu Ecclesiam, seu ci-
 uitatem, nunquam quidem excidisse, nũ-
 quamq; defecisse, domesticos autem et ci-
 ues, atq; municipes, & de familia plurimos
 & agrum equidem semper bonum, & ar-
 borem, & vitem, & oleam semper san-
 ctam fuisse, verum multas malas excreuis-
 se herbas, & ramos complures, ac palmites
 preciosos & abiectos innumeros, profe-
 ctò Paulo teste Rom. 11. Si delibatio san-
 cta, id est exẽpli gratia, Matheus, Mar-
 cus, Lucas, Ioannes, Petrus, Paulus etc. &
 Massa, id est ipsamet Ecclesia, simile siqui-
 dem est regnum cœlorum fermento, quod
 acceptum mulier abscondit in farinae sa-

Matth.
 Rom. 11.
 Marc. 16.
 Act. 15.

Ecclesiæ
 immor-
 talitas.

Matt. 13.
Rom. 11.
Nic. apo.
Atha.

Ecclē
mō
lū

tribus donec fermentatum est totum,
& si radix sancta, id est, in idem Ecclesia, id
quod etiam in symbolo profiteamur. ergo
& rami, id est, quidam, oportet etiam nū.
Quid vero volunt isti inuitos Apostolos,
& Euangelistas ac reclamantes à tota ec-
clesia eximere, velutq; præcidere, aut vni-
uersa ecclesie præferre. hoc est filios matri
& patri aliquot domesticos integræ fa-
milie, amicos sponsi & nuptiarum conui-
uas sponsæ, sponso, quædam membra toti
corpori, ramos arbori, palmites viti? Quis
enim nesciat delibationes eas sanctas cū-
primis nolle gloriari ad Massam sanctam,
neq; ramos quâlibet frugiferos velle cri-
stas contra radicem erigere, atq; oliuam
pinguem? non enim ipsi radicem portant,
sed illos radix. Equidem omnes in vno
spiritu, in vnum corpus baptizati sumus,
sive Iudæi, sive gentiles, sive serui, sive li-
beri, & omnes vno spiritu potati sumus.
Nam & corpus quod est Ecclesia, non est
vnum membrum, sed multa inquit Apo.
1. Cor. 12. Et si dixerit pes quoniam non
sum manus non sum de corpore, nū ideo
nō est de corpore? & si dixerit auris quo-
niam non sum oculus, non sum de corpo-
re, num

re, nū ideo est nō de corpore? si totū cor-
 pus oculus, vbi auditus? si totum auditus
 vbi odoratus? nunc autem posuit Deus
 membra vnumquodq; eorum in corpore
 sicut voluit, quod si essent omnia vnum
 membrū, vbi corpus? Nunc autem multa
 quide mēbra, vnū autē corpus, non potest
 autē dicere manus oculo opera tua nō in-
 digeo, aut iterū caput pedibus, non estis
 mihi necessarij, sed multo magis, quę vi-
 dentur mēbra corporis infirmiora esse, ne-
 cessaria sunt, & quę putamus ignobilio-
 ra mēbra esse corporis, his honorē abun-
 dantiorē circundamus, & quę inhonesta
 sunt nostra abundantiorē habent honesta-
 tē, honesta autē nostra nullius egent, sed
 Deus tēperauit corpus, ei cui deerat abun-
 dantiorē tribuendo honorem, vt non sit
 schisma in corpore sed in idipsum pro in-
 uicē sollicita sint mēbra etc. id quod probē
 intelligit orator quidā legatus missus à se-
 natu Rom. ad populum & ciues Rom. in
 vrbē, hoc schemate orationisq; genere in
 vrbē reuocandos, proposita hac apologia,
 & conspiratione seu coniuratione mēbro-
 rū inter se aduersus ventrē, vt meminit
 Tit. Liui. libro 2. sub mediū, vt quid igitur

O ij iam aut

Corpus
& spiritus
coniurāt
amice.

iam aut spiritū, à corpore separāt, aut à spi-
ritu iuxta illud Ephe. 4. vnum corpus, &
vnus spiritus? etc. aut quibus signis ac no-
tis spiritum huius corporis improbant? aut
quomodo si corpus hoc refellunt spiritus
demigrationem at μετεμύχωση quam gra-
ci vocant de corpore in corpora alia, a-
liāq; , velut animorum, vt volebant Em-
pedocles, & Pythagorici, demonstrabunt?
aut quomodo sine illo spiritu, inquit,
quod idem sapit, idemque intelligit? qui
valeant porro nō idē dicere quod eodem
spiritu regi vegetariq; compertissimū est,
quū vnus spiritus esse queat? haud temerē
siquidem aut vnus spiritus, nisi ex vnitāte
corporis, seu vnū corpus, quam ex spiri-
tus vnitāte & cōmunionē aestimandū est,
et sicut in corpore (si quid Epicharmo cre-
dimus) animus est, qui videt, audit etc vt
habet Clemens Alexa. alijq; supra habiti,
cetera surda et muta et ceca sunt etc. Ita se-
cundū diuinā scripturā oracula, spiritus
adeſt Ecclesiae, aut si (herclē) corpus est
membrū vnū atq; alterū videlicet Petrus
Paulus, Ioannes, Matthaeus, cur Roma-
nos, Corinthios, Galathas, Ephesios, et o-
mnes semel fideles huic corpori inserit

Paulus

Quis istis
nō cōce-
dat argu-
mentis.

Paulus passim? Sin verò pes (verbi gratia) non est manus, id est Petrus, non est Paulus, & Imperator non est pontifex nihilominus tamen vterq; est de corpore, alia licet partes, Et si Innocentius 3, vt ad rem veniamus, est membrum, id quod Petrus officio, dignitate ac functione, meritò nō item & reliqui episcopi omnes & pastores & doctores quos citauimus, id quod olim Apostoli & discipuli Domini, & Euangelistæ et reliqua Ecclesiæ Hierarchia, quam describit Paulus Rom. 12. et 1. Cor. 12. et Ephe. 4. et alibi non raro insinuat, quam ob rem, dicant, opera vestra nō indigemus, quum series illa Hierarchica ad consummationem corporis, quod est Ecclesia, et absolutionem, Pauli elogio, sit necessaria? Si totum corpus, oculus, Petrus vel Paulus putà, vbi auditus? Matthæus inquam vel Ioannes? si totum auditus Iacobus existima, aut Marcus, aut Lucas, vbi odoratus? id est reliqui omnes prophetae, et Apostoli, euangelistæ, pastores, doctores? Et si omnia Petrus et Paulus vbi ignatus? vbi Dionysius Areo? vbi Clemes Rom.? vbi Polycarpus? vbi Anaclerus? vbi Euarestus? vbi Alexâder? vbi Xystus? vbi

Sic magnis parua conferre solebam.

DE P A E N I T E N T I A

Telesphorus cateriq; ad Innocentium 3.
 vsq; ?etsi totum, illi ipsi, vbi Innocentius 3.
 et successores posterii hucusq; id est Pius
 4. vel si totū vbi retro seculis secuturi ? aut
 Postremo si totū Petrus et Paulus et sena-
 tus Apostolorum atq; Euangelistarū, vbi
 illa quatuor celeberrima, quatuor euan-
 geliorum instar perpetuo habita et obser-
 uata concilia ? vel si illa totum, vbi cite-
 riera ? vbi nupera ? vel si ea totum, quū plura
 quotidie flagitamus ? Si totum Apostoli et
 Euangelistæ, vbi obsecro, per Deum im-
 mortalem, Simon Magus. Cerinthus, Mar-
 cion. Himnæus, Philetus, Alexander, Ni-
 colaus ille aduena Antiochenus, Basilides,
 Menander, Valentinus gnosticiq; vni-
 uersi ? Vbi Arrius, Pelagius, Vigilantius,
 Iouinianus, Heluidius, Nouatus, Manes,
 et euangelici et Apostolici deniq; isti no-
 stri Lutherus, Calvinus, Zuinglius, Baltas-
 far et sex schismaticorū reliqua, huius in-
 felicissimæ tempestatis sibi tragœdiā, vel
 actū saltem aliquem præterea peragendum
 putantiū ? nunquid et hi in illis facerrimis
 hærebant ? Imo vero, sed tanquā perniciosi
 cancri partesq; contagiosę, partem synce-
 ram sanamq;, et trahentes si qua possint,
 et de-

& depascentes, ac planè velut angues in herba. Quod si quidem aiūt homines fuisse Augustinum, Hierony. Ambro. Cypr. Basil. Chrysof. ceterosq; alios religionis nostræ archididascalos salua res, metuebam, ne non à philosophis, sed à leonibus, aut brutis hominibus sumpta nostra dicerent, nam doctos & pios iuxta viros illos fuisse memoriæ traditum est, neque nos alios quam inter vetustissimos, doctissimos, inter doctissimos optimos, inter omnes probatissimos vndequaquam maximeq; classicos citamus, bene habet (hercule) quod non pecudes vel cautes & stipides cotesue è caucaso natos, aut è tigride basiliscos, vel gorgoniæ medusæ seu Cadmeo de semine frates vel Iernæo serpentes aut de semente lyconia saxa, & lapides inanimos sensusq; exptes aiāt, scilicet verò (si diuis placet) aut prophete, aut Apostoli, aut Euangelistæ, aut reliqua hæctenus eius corporis quod est Ecclesia, mortaliū pars, homines non fuere, aut aliter in vnū corpus compingi cum diuina natura humana potuit, quam quod Deus factus sit homo, vt homo fieret Deus, id quod August. sæpe affirmat. Esto igitur ista mem-

Deus factus est homo teste Aug. vt homo fieret Deus.

O iiii bra non

bra non sunt illa multoq; maximè merito ac sanctitate his illa præcellât, quare membra infirma, non putamus necessaria, quorum necessitudinem oppido predicat Paulus, quorumq; adeo opera non videmur egerè amplius ducit necessaria, quæq; imbecilliora minusq; vulgo reputantur nobilia necessitate atque vlu commendari existimat? neq; temerè vero putentur negligenda spernendaue quamlibet inuita, quâdôquidem ita numini visum est, moderari atq; temperare magna prauis, prima secundis, extremis media, sublimia infimis ima summis, diuina humanis, id est membrorum schisma, siue dissidium inter se præcauere, & nusquam aliunde profecto (Deum diuosq; iurare ausim) omnis hæc sectatorû aduersus alia membra odio atq; contemptu. Quid enim qui hodie veneno suæ peruersitatis quàm plurimos intercipientes elati gaudio non temperant, quin iactent inuitis & gemētibus aduersariis, adeptos penè sese quæ concupierant proinde insultatores omniû capitibus, qui in præiudicium orbis lo lo paan lo triumphè clamitant, insignesq; triumphos ducere arbitrantur, in illo suo, sermone tritissimo, axiomatico

axiomate, id quod in vulgi prouerbum
 quoq; abijisse gestiunt, qui haectenus ante
 nos praeteritis seculis docuere, mortales
 fuerunt homines, qui concilia iniere, quicq;
 decreta edidere, mortales erant omnia ple-
 biscita atq; senatusconsulta hominum pla-
 cita sunt, qui inquam haec quasi triumphos
 iactitant, num ipsimet homines non sunt?
 an vero dii immortales, quorum nulla est
 communis cum hominibus vita consilio-
 rum, cogitationum, studioruq; societas?
 Quos porro nouos deos, quos nescierunt
 patres nostri, nunc concilia coacturos de-
 cernunt? Quos semideos è caelo fidem re-
 ligionemq; definituros statuunt? quos isti
 veioves asserunt cesoriam virgulam diui-
 namq; & iudicij palmam sibi assumentes,
 itaq; vindicantes, vt nihil erroris, nihil
 caliginis, nihil super sit vnquam omni po-
 steritati reliquæ ambiguitatis ac quaestio-
 nis? Quid igitur tantu technaru, litiu, bel-
 loru, heresum, dubioru, atq; noxaru nobis
 peperunt dii isti, quos tantopere colere iu-
 bemur? Vbi patrata miracula? vbi diuersa
 prodigia? nisi forte prodigiorum instar se-
 ctatoru prodigiosissima varietas, & ex si-
 millimis ouis dissimillima soboles orta
 expendenda

expendenda sit. Vereor, & depol, si quod
 sentio fas est eloqui, & per deos hosce licet
 verū dicere, faunos & saryros Siluanosque
 & Apollines atq; Mercurios aliaque su-
 perstitionum ludibria & malorū geniorū
 ludos, tandem quoq; si vel per somnium
 videbitur redisse ad nos postliminio, qua-
 si ab exilio (diu enim iam terras astræam
 virtutem & fidem, inquam, agentibus pa-
 pistis (quod inquit) ferunt reliquisse)
 quero tamen ex te, quando verbis inter
 nos contendimus, non pugnis, vtrum po-
 tius de bonis, deque fide, & religione, est
 quarēdū, quid baiuli atq; operarij, an quid
 homines peritissimi senserint, quid histri-
 ones, an quid antistites, quid inter omnes
 ineruditos iniquissimi, an quid inter sapiē-
 tes religiosissimi? Hęc eò dicta sunt, quod
 nullo negotio quemuis nodum dissolvere
 ista ratione fuerit, si quis recipiat, fuerunt
 homines, sunt in libris Lactantij, Origenis,
 Tertul. Cypria, Augu. Hiero. Chry. Gra-
 tiani, Petri Lombardi, Thomæ, Bonavēt.
 Scoti etc. quæ reijcit improbatq; ecclesia,
 cur nō enim in omnibus eiusmodi quæ no-
 bis nō probātur, eodē semper chresphyge
 to licebit vti? perpetuoq; occinemus fuisse
 homi-

homines, qui à nobis quomodo dissident
 eodēq; antidoto malis oīb⁹ medicabimur,
 verū isthæc parerga sunt, inquā nūc iam
 quaestioni stirpē accedamus, vetus certè
 comædia quā aliquādo laudē habuisse, sed
 in vitium libertatē excidisse ait Hor. in arte
 poetica, nominatim solet in ciues diçteria
 iacere more nostrorū pasquillorū & pris-
 carū satyrarū licētius fortè quā erat neces-
 se, horū libertatem atq; licētiā quū ple-
 riq; metuerēt, ne quid nomini, ac famæ, &
 dignitati, labis ab illis inureretur Socrates
 expedire inquebat, vt quis sciens ac volēs
 semet illis obijceret, nam si quid (aiebat)
 in nos dixerint reprehendendum meri-
 tō corrigemus admoniti & profuerint,
 sin falsum conuicium in nos iaculabuntur,
 nihil ad nos vt habet Erasmus lib.3. apo-
 pht. ea quæ pœnitendi vna ratio finisq;ue
 plura arguit esse, atq; adeo à temporibus
 Apostolorum, non ita pridem fuisse pœ-
 nitentiæ, seu pœnitudinis genera, nō vnā
 tantum pœnitentiā publicā & solēnem
 ac generalem vti istis placet, & tam facilē
 mentiri audent, quam feliciter atque non
 illibenter audiuntur, quū, nā hāc cōfessio-
 nē & pœnitentiā priuatā, haudquaquā
 reci-

Pœnitē-
tiae sum-
ma.

recipiunt, quū siquidem omnis pœnitendi ratio & summa in hoc sit, vt quem pœnitet emendetur, & corrigatur, non solum Christianis & Orthodoxis, sed Ethnicis & infidelibus quoq; definatoribus, Quū nāq; mōs inoleuisset ante annos plus min⁹ 1100 tempore Leonis 1. pont. & zelo quodam sed non secundū scientiam, pœnitentes passim omnes singula peccatorū suorum genera libellis conscripta, sacerdotibus offerre publicè vniuersæ multitudini atq; Ecclesiæ fidelium denuncianda vetuit pius pater hanc peccatorum pœnitentium crudelē in se animaduersionem & ἐαυτὸς τῆ μωροσύμειων imprudentem immanemq; sæuitiam epistola 80. ad vniuersos Episcopos cāpaniæ, Samnij & Piceni eiusq; verba non agrè subnectam, cū enim de de tempore rituq; baptizandi differuisset & non temerè Paschæ & Pentecostes ferias, pro habendo baptismo aut præueniēdas monuisset, extabant enim vetustissimi canones Apostolici eos dies baptismo tantū dedicantes, illam etiam (inquit) contra Apostolicam regulā, præsumptionem quam nuper agnoui à quibusdam illicita vsurpatione committi, modis omnibus, consti-

constituo submoueri (de poenitentia vide-
 licet quæ ita à fidelibus postulatur) ne de
 singulorum peccatorum genere, libellis
 scripta confessio publicè recitetur, cū rea-
 tus conscientiarum, sufficiat solis sacerdo-
 tibus indicari confessione secreta, quam
 uis enim plenitudo fidei videatur esse lau-
 dabilis, quæ propter Dei timorem apud
 homines erubescere non veretur, tamen
 quia non omnium eiusmodi sunt peccata,
 ut ea quæ poenitentiam poscunt non ti-
 meant publicare, remoueatur tam impro-
 babilis consuetudo, ne multi à poenitentia
 remedijs arceantur, dū aut erubescunt, aut
 metuunt inimicis suis sua referare, quibus
 possunt, legum constitutione percelli, suf-
 ficat enim illa confessio quæ primum Deo
 offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro de-
 licetis poenitentium precatior accedit, tunc
 enim demum plures ad poenitentiam po-
 terunt prouocari, si populi auribus nō pub-
 licetur conscientia confitentis & post eum
 pont. Rom. vicesimus D. Greg. Mag. satis
 indicat in hac religionis obseruatione nul-
 lam retro illum fuisse difficultatem, &
 prorsus poenitentiam priuatam, & confes-
 sionem diu olim obtinuisse. Sacerdotes
 (ait) ante

Pœna &
multa
cōfessio-
nē pro-
mulgātis

(ait) ante omnia caueat, ne de ijs quę ei
confitentur peccata alicui recitet, nō pro-
pinquis non extraneis, neque (quod ab-
sit) pro aliquo scandalo, Nam si hoc fe-
cerit deponatur, & omnibus diebus vi-
tę suę ignominosus peregrinando per-
gat & habetur de pœnit. distinct. 6. sacer-
dos, & 4. sent. distinct. 21. Cū enim
pudor timoris sit species, atque ita à phi-
losophis definiatur, timor iustę repre-
hensionis siue vituperationis, quemadmo-
dum est apud Arist. in problemat. & ha-
bet Aul. Gell. atti. noct. lib. 19. c. 6. & iuxta
Aug. lib. 1. de nupt. & concup. ca. 6. etc. &
lib. 22. de ciui. dei cap. 17. alijsq; locis com-
pluribus, ex peccati conscientia pudor o-
riatur, adeoq; difficile sit crimen non pro-
dere vultu verendum est cum hac religio-
ne istorum hominum, qui publicam tan-
tum pœnitentiam agnoscunt ne plures,
pudore hoc publico suffusos deteriores,
paucos meliores reddi, cernere contingat,
& multò maximam mortalium partem,
hanc pœnitentię sarcinam si fortè veniret
imponi, tanquam importabilem molem
procul abiecturos, potiusq; malle æternę
damnationis periculū, quàm hanc epero-
sam la-

fam laboriosamq; penitentiã subire, id quod
 creberrimè si quem fortè roges an animi
 sui latebras latere nec ne homines perpe-
 tuò velit, nullis non usu venire cõpertum
 est, quem enim nimiũ timèt ac verentur
 homines fere contemnunt, oderuntq;,
 ac perisse volunt, & eousq; quod inquit
 Greg. Nyss. in oratione aduersus eos, qui
 castigationes, correptionesq; moleste fe-
 runt populi præfectura, docendiq; munus
 res est offendiculis obnoxia, atq; calumnię
 vt Moyssi ne frater quidem & soror pe-
 percerint conuicijs, quinimò ob impor-
 tunum vt eis videbatur imperij onus, na-
 turæ societatem, ac amicitiam violarint,
 eamq; rem prophetarum, Apostolorum
 & Christi exẽplis orbis magistris probat,
 semper enim ait discipulus quos reprehẽ-
 dũt cõfutãtq; inuisi sunt et odiosi veritatis
 virtutis bonorũq; morũ amatores & ma-
 gistri, id quod infausto istoc quo probatius
 est, quam vt argumentis pluribus sit ne-
 cesse, quanquam sua semper iniquis æqua
 causa videatur. Deinde cùm forum pœni-
 tentiale sit, non in iudicium, & condem-
 nationem, sed absolutionem rei ac fauo-
 rem, nõ est æquũ vt quod Deo per sacer-
 dotem

dotem confessus est quis quodq; ita Deus
 & condonare & obliuioni vult tradere,
 tanquam nunquam admissum in menti-
 bus humanis altè repositum maneat, id quod
 factum fore nemo ignorat, si tantum omnes
 generis peccata, publica exomologesi, &
 poenitentia essent expianda, non privata
 & plancularia. *Sub Tertio* hæc Hypothesi
 stante quod poenitentia ad quam perti-
 net confessio, omnibus à baptismo lap-
 sis sit necessaria, eaque petenda sit à sacer-
 dotibus, nihil tam graue vnquam fuit in
 lege veteri, quam hæc poenitentia confes-
 sionisq; peccatorum ratio, si ea omnibus
 palam expendenda est, quod isti volunt,
 cum iugum domini suauè & onus leue pre-
 dicetur, & nihil ferè quam libertatem e-
 uangelicam ostentari, & proclamari vn-
 diq; audire sit, nisi ipsi cum stoicis & om-
 nia peccata paria, & omnem proinde pa-
 reni affirmant poenitentiam esse, atq; equa-
 lem, & aquè qui gallum gallinaceum (vt
 aiunt) atq; illum qui patrem suffocauerit
 deliquisse, id quod Ambro. Nouatianis
 quoq; exprobat. libro. i. de poenit. cap. i. &
 Tull. stoicis in paradoxis. Equidem tanto
 grauiora sunt quæ animis quam quæ cor-
 uire,

233b

uire,

pore perpetrantur, quanto magis illius est
 præesse & imperare, Huius subesse ac ser-
 uire, unde summum bonum summumque
 malum philosophi omnes iuxta in animi
 motibus, & affectibus statuque collocarunt
 quidam sic, aliter alij, & cum humano, tū
 diuino iure propositum, ac voluntatem, si-
 ue boni siue mali operis parem operi cō-
 fendam esse, assertor est Gratia. distinct. i.
 de poenit. multis canonibus. Nam animi
 agritudines, sicut curare & cōponere dif-
 ficilius est, quam corporis vires regere, Ita
 ibi, quam hic magis laudi vertitur, si mēs
 semper cupiditate libera sit, plus quam vi-
 tio, si secus. Sicut enim virtutis præmia, ita
 & supplicia vitiorum tanto magis ad ani-
 mum quam ad corpus spectant quanto
 virtutes officia vitia animorū magis quam
 corporum tabes propria, id quod M. Cice.
 & Ann. Senec. ethiciq; omnes plenis vbi-
 que buccis personant, meritoq; . Ego M.
 Catonem virtutum alioqui (vt eum appel-
 lat Tull.) parētem à tyrōne Tullio M. Ci-
 ceronis liberto reprehensum existimaue-
 rim, quod inducta exagoge quemadmodū
 nominant dialectici, re admodū insidiosa
 & sophistica, neque ad veritatem magis,
P
quam

quam ad captiones reperta conatus esset
 exemplis decipientibus colligere, & con-
 firmare neminem qui malè facere voluit
 plectendum; nisi quod factum voluit, etià
 fecerit, Ideoq; rhodiensibus ignoscendum
 esse; in oratione quam pro eis habuit in
 senatu Rom. quod hostes quidem populi
 Roma. esse voluissent, & qui maximè non
 fuerint sicut legere est Apud Aulū. Gel.
 lib. 7. att. noct. cap. 3. nam fac certè tenues
 istas & enucleatas voluntatum in rebus
 illicitis reprehendendas cogitationes cu-
 iusmodi in philosophorum ocio & Euan-
 gelico negotio disputantur floccipendē-
 das, & legibus humanis haudquaquā per-
 stringendas, solaq; interim facta censenda
 & in iudicium vocanda, volūtates autem
 nudas & vt loquimur inanes, ociosasque
 neq; pœnis imperialibus fieri obnoxias,
 id saltē ne irascantur, si huic tribunali apud
 iudicem spiritualem corpora ex animis, &
 facta exempla; , & cogitationes, atq; cō-
 cilia sistantur, vbi omnis mali species ex-
 ploranda est, vbiq; vitij cuiuscunq; lis pē-
 det, soluendum ne sit, & remittendum, an-
 ligandum, & amplius inurendum, qua-
 si verò qui pœnitentiam peccatorum exi-
 git hosce

git hosce alteros scilicet sapientes iam recens certiores reddiderit de peccatis publicis tantum intelligere se, de occultis verò licet magis enormibus & grauibus, nequicquam: addant si libet, neque enim hæc illum offendere, neq; ea supplicijs pœnitentiæ addicere, aut quâuis clauis sint potissimum in Ecclesia ad remissionem peccatorum absque vlla limitatione ac (vt loquuntur logici) restrictione & determinatione, siue publicorum, siue occultorum, istis nuper reuelatum sit, peccata occulta, sine clauium vsu posse dimitti, aut deniq; si clauibus egent, publica itidem pœnitentia expianda sint semper, & in sui quisque & suorum ac reipub. totiusq; ordinis & pacis politicæ cōfusionem atq; discrimen in ius forumq; istud publicum teneantur ambulare, & facinus admissum vulgo prodere, verbi gratia, si quis fortasse post ædilitatem vel quæsturam, aut tribuniciam, vel dictatoriam initam dignitatem vitiauit matrem, sororem, nouercam, filiam, neptem, amici familiarisq; sui coniugem, quòd fraudem fecerit, arario publico, quòd patriæ proditor, ciuiū suorum extortor, exactorq; inhumanus, sui locuples pa-

ratio pec
cati.

ples patronus in reipub. negocijs extite-
rit, aliaq; innumera, atq; ita publica con-
spirationis, coniurationis, ambitus repe-
tendarum incestus damnetur, aut quasi
non sint subdenda poenitentiae incudi, si
ab alijs ignorata quum peccata odisse oport-
teat, non quia aut scita, aut alijs indognita,
verum quia mala, sed quia vitia, sed quia
turpia, sed quia contra voluntatem & iu-
sticiam Dei voluntas hominis, sed quia
inordinatio, et auersio creaturae, a suo crea-
tore & ad condita inferiora conuersio, sed
quia legis transgressio, sed quia contra eter-
nam Dei legem, seu dicta, seu facta seu sunt
concupita. Ita quippe definitur peccatum
authore August. lib. 22. contra Machab.
capite. 27. lib. imperf. de Genes. ad lite-
ram cap. 11. lib. de natura boni cap. 34. &
M. Tull. in Paradox. 3. Nihil certe falsi aut
mendacij scriptum est in Euagelijis, inquit,
Grego. Nyss. neque Christi praedictio fal-
laciem exitum habet, per Petrum sane e-
piscopis dedit clauem caelestium bonorum
agnoscere, quod solutus, solutus es, & li-
gatus vinculis inuisibilibus constrictus es,
si oculi tibi essent, quibus cerneres animi
substantiam, ostenderet tibi qui a comunio-
ne abactus

Ius pon-
tificium
esse diui-
num.

ne abactus es, speciem condemnati gra-
uissimis vinculis ceruice depressi nullum
membrorum liberum, aut solutum haben-
tis, atq; vti nam cum vita supplicium ter-
minaretur, nunc verò si quid humanum
euenerit & derepente mors accesserit, vt la-
tro de nocte, scito tibi occlusa quæ illic
sunt esse, diligentes sunt qui non ludant il-
lius regni ianitores, vident animam sepa-
rationis notas ferentem quasi quendam foe-
tore & sordibus carceris notatum abigunt
eam semitam quæ ad bona ducit, non cõ-
cedunt vt ordines iustorum cernat, & an-
gelicam latitiam, misera verò tum suæ se-
temeritatis vehementer accusans, lugensq;
ac plorans, & gemens in locum quendam
tristem, tanquam angulum abiecta perma-
nebit luctu nunquam finituro, ac insolabi-
li in æternum pœnas luens, & post pauca:
ne segregationem arbitraris, seu excom-
municationem esse ab Episcoporum au-
dacia & temeritate vel (vt hodieq; loquũ-
tur) inuentione profectam, paterna lex est,
antiqua Ecclesie regula, quæ à lege, scilicet
diuina, quæ tota ratio est, traxit originem
& in gratia obtinuit. Contemplare fan-
ctum illum Paulum per epistolas separa-

Nemo a-
potheo-
sim cele-
brat te-
mere.

tionis videlicet ab oratione, mysterijs, alijsq; Christiana religionis officijs ac societate poenas in obnoxios pronuciandas mandantem etc. familiare enim id genus supplicij & noui, & veteris testamēti cultorib⁹ fuisse olim declarat in oratione aduersus eos, qui non serunt corrept. Nunquid eius viri doctissima aetas vnicam vidit poenitentiam qui germanum Petri clauium munus esse asserit, aperire & claudere, nihilq; solui in caelo, nisi quod à Petro in terra solutum est, ad eodē nihil fugere atq; latere angelos ipsos qui nos hinc exeuntes excipiunt quamuis arcanum & animum non carnem afficiens. & labefactans? An qui propter animi labe homines caelo excludunt occultorum peccatorum panitudinem & exomologesim non aucupantur vti aliorum? vel si id faciunt num publicam solummodo extorquent, & secreta contenti non sunt? Quod igitur sibi vulg⁹ illius contemporaneus Chrysost. non dico tibi vt confitearis conseruo tuo qui exprobrat tibi, si non hac publica peccatorum commemoratione cauebatur iam tūc ab religiosissimis mortalibus illis publica, atq; priuata iuxta multorum peccatorū
 expre-

bratio, quod Chryso. dictū oppido quam
 hodieq; vulgi auribus praposterè intritū
 est. Item fuisse olim non publicam solum
 verum etiam priuatam poenitentiam, ita
 habemus. Quanquam Ecclesia Catholica
 aduersus Nouatianos defenderet omnium
 peccatorum non tantum ante baptismum
 verum post baptismum quoque, & vnam
 & alteram & tertiam poenitentiam in re-
 missionem peccatorum, & perpetuo
 dum hæc mortalis carpitur aura concedi
 posse, imò deberi implorantibus, non ta-
 men ad mittebat magisquam semel ali-
 quem ad poenitentiam illam publicam,
 & solennem. vnde liquet, et eos qui publi-
 ca non egebant, sacerdotum arbitrio qui-
 bus sua clanculum peccata aperuerant, fue-
 rantque confessi priuatæ poenitentia fuis-
 se mancipatos atq; addictos. Eos verò qui
 semel publicam solennemq; subierant, &
 alteram pro criminum flagitiorumq; me-
 ritis efflagitabant, non nisi priuatam adij-
 se, aut sine poenitentia & reconciliatione
 quod nefarium erat, & vt ne fieret legibus
 permultis cautum equidem fuisse dimissos
 omnes vero siue qui publicam seu priuatam
 poenitentiam fuerant obituri, prius consi-

abnegs

P iij

lio sacer-

fio sacerdotes non vulgaris sed cū morum
 honestate, tum eruditionis & experientia
 præcellentia probati, tanquam medici
 consilio (quod inquit veteres) curauit
 se facta priuatim apud sacerdotem exomo-
 logesi, nam vnicam olim indulgeri pœni-
 tentiam solennem solitum esse amplissi-
 mus testis est Ambro. Quū namq; decer-
 tasset scripturis plurimis aduersus Noua-
 tianos remissionem peccatorum in Eccle-
 sia cath. per Christi vicarios & ministros
 Apostolos ac sacerdotes, per pœnitentiam
 non semel tantum & iterum, atqui perpe-
 tuo dum hic agitur à Deo & Christo eius
 liberaliter oblatam & paratam lib. 1. & 2.
 pœnit. merito inquit lib. 2. cap. 10. repre-
 henduntur qui sæpius agendam pœniten-
 tiam putant, quia luxuriantur in Christo.
 Nam si verè agerent pœnitentiam iteran-
 dam postea non putarent, quia sicut vnum
 baptisma, ita vna pœnitentia, quæ tamen
 publicè agitur, nam quotidiani nos debet
 pœnitere peccati. Item sed hæc delictorū
 leuiorum, illa grauiorū est, facilius abtem
 inueni qui innocentiam seruarunt, quam
 qui congruè egerint pœnitentiam etc. do-
 cet quomodo publica ea & vnica per-
 agenda

agenda sit, & habes distinct. 3. de poenitētia
 reperiuntur (vt enim apparet) etas Gratia-
 ni vidit legitq; librum Ambrosij de vni-
 ca poenitentia, quemadmodum Aug. extat
 de vnico baptismo, & Aug. qui verba do-
 ctrinamq; Ambrosij velut diuina oracu-
 cula habere consuevit, cum Macedonius
 quidam iudex Casareus, cum Augustino
 exostulasset quod pro officij sui quasi re-
 ligione esse putaret, pro reis intercedere
 quum à Domino vsque adeo peccata pro-
 hibeantur, vt ne petendi quidem copia,
 aut locus post primam poenitentiam, cui-
 quam in Ecclesia fiat, ne Deus videretur
 probare peccata, qui semper esset paratus
 impune dimittere, & Ecclesiam quòquo
 eiusq; sacerdotes estimarentur probato-
 res, & proinde iuxta criminis participes
 sicut authores qui peccati reum semper
 cuperent impunitum epist. 53. respondet
 August. epist. 54. Primum communē suam
 esse illiusq; sententiam, omnia nempe pec-
 cata veniabiliora esse, cum is qui reus est,
 correctionem promittit, deinde vitia o-
 portare iudicem, non homines aut odisse,
 aut perdere velle, & secundum Senecam,
 Omnes meritò odisse debere, qui malos
 odierit.

oderit. Postremo tamen post baptismum lapsis non concedatur in Ecclesia humillimæ penitentia locus, non tamen aut misericordiae diuinæ sinum penitus claudi, vel ab Ecclesia desperatos lapsos dimitti, seu exturbari, sed verò excitari, imo ad maiorem penitentiam, quanquam enim cautè salubriterq; prouisum sit, vt locus illius humillimæ penitentiæ, semel in ecclesia cōcedatur, ne medicina vilis, minus utilis esset agrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus cōtēptibilis fuerit, non tamen existimandū nullam esse spem reliquam nullumue superesse remedium etc. & habetur distinct. 50. Quamuis & cautè, testis est Cyrillus in eodem libro 15. in Levitico penitentiam eam publicam quæ grauiorū duntaxat facinorum est, semel tantum admitti, ista autem communia peccata, quæ saepe incurrimus, siue intermissione per penitentiam redimi & videtur prorsus vsq; D. Bernard. Petri Lombardi, Hugonis de S. vict. Gratiani, scholasticorum & ad nostra vsque felicissima tempora, de vnica penitentia nescio quid Nouatianus, Iovinianique, in quorundam animis insidere fermenti, Ioviniani equidem
 .i. i. r. b. o
 cuiusdam

cuiusdam monachi hominis obscuri, & Iouinia-
 barbari (de cuius inscitia habet Hier. lib. 1. ni opinio
 contra Iouin.) D. Aug. se iuvene & puero refellitur
 exortā heresim testatur, asserentem sicut
 stoici, omnia peccata esse paria, omnes itē
 virtutes, & merita & præmia. deniq; non
 posse peccare hominē lauacro regenera-
 tionis percepto, et eousq; eā heresim gras-
 fatam Romæ, vt quædam prouectę ætatis
 virgines sacra nupserint (pares quippe fa-
 ciebat virginitati nuptias) citò tamen hęc
 hæresim oppressam; & nullos sacendo-
 tes ea vnquam deceptos; atque imbutos
 fuisse li. ad Quodvult D. hære. 82. Vocat
 autem eū monachum D. Hierony. libro
 primo aduersus eū scripto, Epicurū Chri-
 stianorum, confutat vero eius hanc secun-
 dam propositionem, videlicet quod qui
 sunt baptizati à diabolo nō tentur, si verò
 tentatur non spiritu sancto, sed aqua tan-
 tūm baptizati sint iuxta illud vt opinaba-
 tur. Ioanis 3. Omnis qui natus est ex
 Deo peccatum non facit etc. arbitraba-
 tur, siquidem Hieronym. Ioannem bapti-
 zatū, ad baptizatos scripsisse, si dixerimus
 quia peccatū nō habemus ipsi nos seduci-
 mus & veritas in nobis nō est, si confitea-
 mur

• sinuo
 • sinuo
 • sinuo

mur peccata nostra fidelis est & iustus vi
 remittat etc. defendit baptismo initiatos
 peccatorum casibus, atq; periculis ob-
 noxios esse, videtur enim Iouinianus &
 cū Pelagianus ἀναμάρτητος id est sine pec-
 cato predicauisse sensisseq; hominem vere
 baptizatum, ita perfectæ virtutis per-
 fecto fungi munere, vt velut impassibilis
 imperturbatus, & tanquam Hercules post
 duodecim fortiter gestas victorias inuul-
 nerabilis, & immortalis, omnia peccato-
 rum & animi agridinem pericula, sine
 periculo superare valeat, & cum Catharis,
 Montano, & Nouato, mundum se, purūq;
 iactauisse quamquā isti aliud contende-
 rent, scilicet baptismum semel acceptum
 esse quidem verum & poenitentiam illi
 præmissam veram, non posse vero itē ho-
 minem renouari, sicut nec per baptismū,
 ita nec per poenitentiam à baptismo lapa-
 sum. Iouinianus vero videtur posuisse,
 vt multas poenitentias, sic & multos
 baptismos, sed personatas illas, & non
 veros istos, vnicam verò poenitentiam, &
 vnicum baptismum vtilem nimirum vt
 toties quis agat poenitentiam totiesq; bap-
 tizetur, quousq; & illam & istum ira cen-
 seatur

featur obijſſe, vt neq; peccare neque ten-
 tari vllisue ſtimulis peccati tangi valeat,
 hos autem ſicut vnum baptiſma, vnicam
 itidem credidiſſe & tradidiſſe pœnitentiã
 eam nempe quæ baptiſmum præcedit,
 quemadmodum etiam in illis taxat Au-
 guſtinus lib. de vera & falſa pœnitentia
 cap. 3. & 4. Opinabantur enim omnia pec-
 cata ante baptiſmum & in fidelitate com-
 miſſa, in patrem & filium tantum eſſe,
 itaq; remitti poſſe, poſt verò baptiſmum
 qui in nomine trinitatis confertur, nequa-
 quam, eo quod ea peccata que à baptiſ-
 mo admittuntur, inquit, ſpiritum ſan-
 ctum offendant. Dein Aug. aliam opinio-
 nem eorum qui vnam pœnitentiam poſt
 baptiſmum tribuunt, alteram verò ac ter-
 tiam, & ita deinceps minimè gentium, re-
 fellit cap. 5. Præterea alios memorat ſequē-
 tibus cap. qui à baptiſmo nullam prorsus
 ſtatuunt pœnitentiam ob baptiſmum, ac
 fidem, aut eleemoſynas vel ſanctorū in-
 terceſſionem, abunde ſecuri peccandi li-
 centiam facientes, & pœnitentiam haud
 neceſſariam exiſtimantes, quos ſimiliter
 arguunt li. 21. de ciuit. Dei ca. 18. & ſequēt.
 & lib. de fide & operibus ca. 14. 15. 16. etc.

Et in

Et in Ench. ad Laur. c. 67. etc. & li. de fidē ad Pet. dia. c. 3. & 40. etc. & li. de salut. docu. c. 39. Eadē cōtrouersia fuit (inquā) scholasticorum tempestate de caritate & pœnitentia, an caritas semel habita nunquam possit amitti, atq; excidere, plurimisq; veterum testimonijs affirmat Magister senten. lib. 3. distinct. 31. & omnes retro scholæ candidati, an non fuerit vera pœnitētia quam sequens peccatū potuerit abolere, atq; obliterare, iractatq; eas duas questiones de industria Gratia. distinct. 2. & 3. de pœnit. permultis cano. traditq; et caritatem amitti posse, et recuperari, et sæpe dei gratiam iniri, et exui, pœnitentiamque veram ac germanam frequenter iterari posse, neque vnicam eam esse. Augustinus namque cū dixisset impium esse sentire Apostolos non baptizatos fuisse aut pœnitētia loco baptismi (quod velle videbatur Nouatianus quidam) dari posse omissio baptismi, et Petrū subiisse talem pœnitentiam qualem agunt in Ecclesijs, qui propriè pœnitentes dicuntur, eumq; inter tales pœnitentes non esse numerandum censuisset, distinguit tria pœnitentię genera, vnum ante baptismum et eiusmodi

et eiusmodi dicit Petri, Pauli, omniumq; vbi, vbi locorum gentium ad fidem venientium fuisse, Alterum post baptismum, eorum nimirum, qui ita peccarunt. vt. excomunicari, et postea recõciliari mereantur, sicut agunt in oibus ecclesijs (ait) illi qui proprie hoc est (ni fallor.) antonomasticè seu analogicè poenitentes appellantur, de qua poenitentia locutum Paulum asserit 2. Cor. 12. Ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, et non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt, eiusque poenitentia admonitum à Petro Simonem Magum Actorum. 8. Tertium denique bonorum et humilium fidelium poena est quotidiana (inquit) in qua pectora tundimus dicentes dimitte nobis debita nostra, sicut etc. id est parua post baptismum contracta et crebro quæ nostra est fragilitas, nobis obrepentia vitia, quæ tamen si collecta contra nos fuerint (inquit) ita nos grauabunt, et oppriment sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium vtrum vno grandi fluctu, navis

Tria poenitentia genera

nauis operiatur & obruatur, an paulatim
 subrepens aqua in sentinam, et per negli-
 gentiam derelicta atq; contempta nauem
 impleat et submergat? epist. 108. ad Selau-
 cianam de baptismo et penitentia Petri
 contra Nouat. Et hanc triplicem pani-
 tentiae rationem, e scripturis procliuè esse
 dicit eruere 27. Homil. de utilitate pani-
 tentiae, vnam quidem ante baptismum,
 nam neq; ad baptismum Christi in quo o-
 mnia peccata delentur, neminem bene
 accedere, nisi quem pristinae vite poeniteat
 (id quod exemplis factisq; sanctorum pro-
 bat) Secundam illam quotidianam e domi-
 nica oratione facile elici. Tertia demum
 poenitentia grauior et luctuosior est (in-
 quit) indeq; proprie in Ecclesia vocan-
 tur poenitentes remoti etiam a sacramen-
 tis altaris participandis, ne accipiendo
 indignè, iudicium sibi manducent et
 bibant, ea quae sanè luctuosa est pani-
 tentia, graue acceptum vulnus, adulte-
 rium, forte admissum est, forte homici-
 dum, forte aliquod sacrilegium, grauis res,
 graue vulnus letale, mortiferum, verum-
 enim uerò, sicut id poenitentiae genus sibi
 neminem vult proponere, quò licentius
 agit

agat, ita si fortè subeundū est id pistrinum
 siue ergastulum (vt sic dicam) quenquam
 animum despondere permittit etc. Sunt
 item tres poenitentiae actiones siue modi
 inquit lib. de poenitentiae medicina cap. 2.
 estq; apud Gratia. de poenit. distin. 1. Tres
 vsitati in Ecclesia, Vnus est, qui nouum
 hominem per baptismum parturit, om-
 nis enim qui iam suae voluntatis est arbi-
 ter, accedens ad sacramenta fidelium, nisi
 poeniteat veteris vitae, nouā inchoare non
 potest, ab hac poenitētia soli pueri immu-
 nes sunt, quod nondum possint vti libero
 arbitrio, quibus prodest fides offerentium
 ad baptismum, sicut eis peccatum nocuit hu-
 ius monebat Petrus Act. 2. Poenitentiam
 agite, & baptizetur vnusquisque etc. Al-
 tera poenitentiae species est per totam ho-
 minis vitam praepcepta, cū enim hic sine
 peccato non simus teste Euangelio 1. Io-
 annis 1. Si dixerimus quia peccatum non
 habemus etc. sine quotidiana quoq; poe-
 nitentia vitam degere non oportet. Ter-
 tia est quae ijs peccatis subeunda est, quae
 legis decalogus cauet, & de quibus Apost.
 Gal. 5. Qui talia agunt regnum Dei non
 possidebunt. hic igitur maiorem erga se

quisq;

quisq; seueritatem atq; animaduersione
 debet exercere & exerere vt iudicatus ab
 seipso iam non iudicetur à Domino iuxta
 Paulitelogium 1. Cor. ii. profectò vna ra-
 tio tota semel nostra probatio esse valet,
 siquid rectè aestimamus, non fuisse olim
 vnum panitentiae genus, quum panitu-
 dinis materia & causa totum sit peccatum
 inter peccata vero vnum alio sit grauius,
 quemadmodum inter agitudines cor-
 poris alia alia perniciosior est maiori cura
 remedioq; indigens, nisi cum Zenone in
 ea sumus heresi qua non sane in vulgum
 probatur quidem, vt in quo peccatur id
 nec maius nec minus aliud alio esse posse
 censeamus ipsumq; peccare illud quoquo
 te verteris vnum esse, & paruam rem atq;
 magnam haud culpa, culpam autem atq;
 peccata rerum euentu, non causa, homi-
 numq; vitijs & natura metienda, & cum
 peccare liceat nemini, quod vero non li-
 cet id hoc vno perpetuo teneri, si arguitur
 non licere, idq; nec maius nec minus esse
 fieriq; posse, quoniam in eo peccatum est
 si non licuit quod semper idem & vnum
 est quaq; ex eo peccata nascuntur aequalia
 proinde esse, peccare siquidem tanquam
 lineam

plur

lineam

lineam esse transgredi, quod cum feceris culpam commissam esse, quam longè progrediare cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinere, nihil addi posse, quo magis peccatum sit, nihil deniq; demi, ut vitij nomen relinquatur, neq; enim digitis peccata demetienda quæ si visa sint breviora eo leviora possint videri cum quicquid peccatur perturbatione rationis peccari, atq; ordinis, perturbata autem semel oratione & ordine, nihil posse addi aut accedere, quo magis peccari posse videamur, quæ quidem quidem sententia, non tã vera quam utilis hominum est vitæ, quæ omni gestu moderatior, omni usu aptior esse debet, ut non minus in vitæ societatis syllaba (ut ita dicam) peccare sese intelligant homines, atq; in versu aut scena, actuq; integro, quæ enim vis magis arceat homines ab improbitate omni, quam si senserint nullum in delictis esse discrimen? æquè peccare, si priuatis, ac si magistratibus manus inferatur? quamcunque in domum stuprum intulerint, eandem esse libidinis labem? in qua Hæresi. M. Luth. fuisse nemo ignorat. Caterũ multo aliter semper sensit, & ma-

Q ij ior &

ior & sanior, meliorq; doctorum ac philosophorum cum Ethnicorum, tum christianorum pars, & arctè tenet accurateq; defendit catho. haectenus ab inde Apostolorum temporibus. Ecclesia, peccata seu rectè facta, animi motibus & modis, & affectionibus momentis, potius & qualitibus voluntatem, quam corporalium & externarum operationum vel temporum spacijs ac gradibus expendens, quod ait August. epist. 49. ad Deogratias quaestion. 4. ea quæ non semper eadem sunt certè, sicut neq; ea quæ ex illis nascuntur quanquam nihil tam incredibile sit. quod non fiat dicendo probabile nihil tam horridum, tam incultum, tam absurdum, quod non splendeat oratione & tanquam excolatur, nihil tam à ratione discrepans, quod non aliqua probatione videri possit verisimile, & ita dici vt probaretur, nihil tam obscurum, quod non quoquo pacto in apertum inq; lucem euadere queat, nihil denique tam falsum, quod non valeat dicendo verum, non dico esse, sed apparere, & in forum profertur & in arce poni quasi minerua Phidiae, quod ait Tull. quod de laudatissimo statuariao atque pictore

Pli. 2.

Pli. 2. habet. lib. 34. cap. 8. & lib. 35. cap. 8. In
 confessio est vero omnes synodos græcas
 iuxta latinaſq; vniuerſas Eccleſ. Apoſt. o-
 rientis pariter, atq; occidentis, alijs pecca-
 torum modis ac generibus alium decre-
 uiſſe pænitientię modum. In confessio est
 clāſſicos authores omnes idem tradidiſſe,
 potiſſimum ex proposito D. Petrū Mar-
 tyrem, Archiepiſcopum Alexand. V. Be-
 dam, louem Carno. Burchardū D. Theo-
 dorum græcum ex Carſo Sicilia Arch.
 Cantua. ab Vitaliano papa cum alijs ad
 anglos in fide confirmandos miſſum, vt
 habet Paulus diaco. lib. 5. de geſt. Longo-
 bardo. cap. 11. vt præteream poenitentiā
 quod Romanum appellatur, nam diu o-
 lim conſtitutos ſeptem præſbyteros poe-
 nitiarios (quos aiūt) ab Simplicio apud
 S. Petrum & Paulum Romæ aliōſq; alibi
 ex chronicis probatum eſt. Hinc Auguſt.
 dicit ſtare Eccleſiam in terris per remis-
 ſionem peccatorum, qua fit vt non per-
 eat, quod perierat, neminem quippe vitam
 agere tam emendatam, quamlibet foecun-
 ditate iuſtitiaę polleat qui non egeat re-
 miſſione peccatorum, quoniam filij Dei
 quamdiu mortaliter viuunt, cum morte

Q iij confi.

Neminē
à peccato
immunē
esse.

confligūt, & sanctorum hominum vitam
quamdiu in hac morte viuūt inueniri
quidem posse sine discrimine absq; pec-
cato autem non ita. Omnia verò crimina
peccata esse, sed non omnia peccata cri-
mina. In Enchi ad Laurēt. cap. 64. Idemq;
agit in omnibus voluminibus aduersus Pe-
lagianos compositis, hominem posse eò
iustitiæ pertingere, vt non admittat in se
peccata mortalia, vt nulla verò haudqua-
quam, sed & inter ipsa magna, grauiaq;
peccata plurimum interesse, in cōfesso est
quoq; vnde variare pœnitentiæ regulam
& modum oporteat, quemadmodū apud
August. lib. de vera & fal. pœnit. est vide-
re. Neq; enim de ipsis criminibus quamli-
bet magnis (inquit) in Eccle. remittendis,
Dei desperanda misericordia est agenti-
bus pœnitentiam secundū modum sui
cuiusq; pecca. In actione autem pœniten-
tiæ vbi tale crimen commissum est, vt is
qui admisit à Christi etiam corpore sit se-
parandus, non tam consideranda est men-
sura temporis quā doloris. Cor enim cō-
tritum & humiliatum Deus non spernit,
verum quia plerumq; dolor alterius cor-
dis, alteri occultus est, neq; in aliorum no-
ticiam

titiam per verba vel quæcunq; alia signa bonis malisq; communia procedit cum sit coram illo cui dicitur, gemitus meus non est à te absconditus, rectè constituuntur ab ijs qui Ecclesiæ præsumt, tempora poenitentia, vt fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua ipsa peccata duntaxat remittuntur quæ propriè spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla peccata, ita vt quibus dimittuntur, vitam consequantur eternam in Enchi. cap. 63. Ob quædam namq; peccata Eucharistiæ sacramentum negabatur ob alia vero etiam orationum, & cibi potusq; ac domus & mensæ omnisque societatis humanæ communio, & ferebatur excommunicationis & anathematis sententia. Quædam peccata publica poenitentia, alia priuata plectebantur, nõ tam quia aut publica vel erant occulta, quam quia antistiti, aut presbytero, ita in rem, et salutem poenitentis expedire videbatur, sic qui propositum monachi proprio arbitrio, ac voluntate susceptum deseruit: publicæ poenitentia satisfactione purgandum affirmat D. Leo papa epist. 92. ad Rusticum episco. Narbo. cap. 12. etc. Is enim rusticus quesierat. vt apparet, quid de apo.

Q iij stas

Varia ex-
comuni-
catio.

Peenitē-
tia apo-
stolicā

statis Monachis esset statuendum vidē
Photium Titul. 9. cap. 32. & sequent. Idem
decreuit concil. Venet. cap. 4. & concil.
Arelat. 2. cap. 33. & concil. Elibert. cap. 13. et
14. & in concil. Aransi. cap. 27. & habes 37.
q. 1. ca. Viduitatis & cap. 28. eiusdem con-
cil. Tolet. 1. cap. 16. nam de vestalibus adul-
teratis qua poena mulctentur Plutar. Tir,
Luius, alijq; scriptores memorant, & quū
constans fama esset publica Clodium inter
publicas ceremonias veste muliebri pene-
trasse ad Pompeiā Iulij Caesaris vxorem,
Senātus quaestionem de polluris sacris de-
creuit vr habet Suetō. Item qui conuiuio
mensaq; gentilium, & escis immolatijs
sunt vsi, tantum possunt, inquit Leo, ieiu-
nijs & manus impositione purgari, vt de-
inceps abstinentes ab idolothytis, Chri-
sti sacramenta percipiāt. Si autem & ido-
la adorauerūt, aut homicidijs vel fornica-
tionibus sunt contaminati nisi per poeni-
tentiam pub. non oportet admitti ibidem
cap. 17. idemq; omnia propē concilia sta-
tuēre, Ita hanc pub. peregisse poenitentiam
refert Hiero. nobilem matronam Rom.
Fabiolam, ed quōd superflite viro, licet
adultero, alteras inisset nuptias etc. in epi-
taphio

Penā ido-
lolarum.

taphio illius ad Oceanum, ea enim poe-
na adulterorum erat, vt decreuerat cōcil.
Elibert. cap. 69. 70. etc. & cōcil. Neocæsa.
cap. 1. 2. etc. concil. Ancyra. cap. 20. etc. &
alijs infinitis locis habetur. Ludouic⁹ quo-
que Imperator Carol. Mag. filius cū quos-
dam quo iure quaq; iniuria in monasteriū
detrusisset, aliosq; alijs affecisset iniurijs,
eandem poenitentiam libens subiit vt ha-
bet Ammo. lib. 5. de gest. Franco. ca. 11. Et
Philippo Gordianū Augusti vel successo-
re filio instituto in Christianismo per D.
præsbyterum Origenem Adamant: teste
D. Ereculpho Lepouien. To. 2. lib. 5. cap. 2.
primo Imperato. religioso & Christiano
secundum Euseb. Cæsa. lib. 6. Eccle. histo.
cap. 25. & Nicepho. lib. 5. cap. 25. & Eutro.
lib. 10. de gest. Ro. & Adon. de 6. atate &
Chronic. Marti. de hoc inquam traditum
est quod in die pasce id est anno 246. in
vigilijs ipsis cum interesse, & communi-
cate voluisset mysterijs diuinis, passus sit
æquanimiter repulsam ab loci Episcopo,
neq; prius admissus, nisi peccata sua con-
fiteretur, interq; poenitētes staret nec vllō
modo ei mysteriorum factam copiam,
nisi prius per poenitentiam culpas quæ
de ipso

de ipso ferebantur plurimæ diluisset, feruntq; eum libenter quod à sacerdote imperatum fuerat suscepisse (quæ eius erat fides, religio, atq; modestia, & diuini nominis metus etc.) quanquam Eutropius duos Philippos patrē & filium iuxta christianos fuisse memoret, quemadmodum & Chronic. Mart. Eiusmodi poenitentia adiudicauit Theodosium Senio. D. Ambro. eo nomine quòd vnus militis occisi Thessalo. à populo furēte, & ob exactiones, seu nouas, seu immoderatas atq; insolitas, in seditionem verso necem fuisset totius reipub. pene & populi ad ludum circensem dolo malo ab sese vocati periculo & interuentione vltus etc. id quod refert Rufinus. lib. 11. Eccle. hist. ca. 18. & Cassiodorus ex Theodo. hist. tripart. lib. 9. ca. 30. Nicepho. lib. 12. cap. 40. & 41. & Simeon Metaphrast. in vita D. Ambrosij, To. 5. 7. Decemb. ipseq; Ambrosius oratio. de obitu Theodosij Imperatoris habita in celebritate quadragesimi diei, audiente Honorio principe filio, & epist. 28. ad Theodo. Au. vbi multis modis, hortatur ad hanc poenitentiã publicam capessendã & Paulus diac. l. 13. de gest. Ro. 9. de Theodo. & fre-
culphus

Culpus To. 2. lib. 4. ca. 27. eandē poeniten-
 tiam peregit apud Zephyrinum pont.
 Rom. & corā omni ecclesia, Natalis qui-
 dā cōfessor cū priuatus amore tum turpis
 lucri cupiditate se suāq; operam locaret ad
 hoc plectus ab Asclepiadoto, & Theo-
 doto hæreticis purū hominē seruatorem
 Christū asserētibus vt eius hæreseos epis-
 copū sese gereret, sicut habet Euseb. lib. 5
 ca. 28. & Niceph. lib. 4. cap. 21. eandē poe-
 nitentiā subiit Mesemus vel vt alij habent
 Siminus, qui quū cū vitali episcopo ab fe-
 lice papa Ro. missus fuisset ad explorandā
 legationem græcorum pro Petro Alexan.
 & Acacio Constant. ad Zenonem Impe-
 rat. corruptum sese pecunia oblato poeni-
 tentiæ libello fuerat cōfessus, sicq; hæreti-
 cis cōmunionem dedisse eorūq; nomina
 & clā & palā in sacris tabulis promulga-
 uisse, quēadmodū perhibet historia felicitis
 papæ quæ cōfetur 29. Iul. & meminit Eua-
 grius li. 2. c. 20. & Nice. li. 16. ca. 16. & Cy-
 ril. in epi. ad Ioannē antio. & habetur dist.
 50. Ioannes: Similem poenitentiæ libellū ob-
 tulerūt episcopis Eusebius Nicomedien.
 & Theogonius vel Theogius Nice. epis-
 copi Arriane factionis assertores, vt habet
 Aurelius

DE PAENITENTIA

Aurelius Cassiodorus è Socrate. Hist. tri-
part. lib. 2. cap. 17. & Niceph. lib. 8. cap. 43.
& Socrat lib. 1. cap. 13. Eccle. Hist. Nouatia-
nos quoque hac duntaxat poenitentia in-
gratiam, & communionem recipiendos
decreuit concilium Nice. cap. 9. & habet
Ruff. lib. 10. Eccle. Histo. cap. 6. & conci-
lium Loadicen. cap. 7. & concilium Are-
lat. 2. cap. 9. & Nicepho. lib. 12. cap. 28. hanc
solennem poenitentiam propter Nouatia-
tianos institutam commemorat id quod
testatur adeoq; Socrat. & Cassiodorus ex
Sazome. 35. & quum Maximus praesbyter
Rom. & Urbanus & Sidonius, & Celeri-
nus in confessoribus praecleari, simulatione
ac dissimulatione Nouati decepti rethnas
fraudem, & ambitionem heresiarchae de-
nique persensissent, publica confessione &
poenitentia sese coram Episcopis & pres-
byteris & Laicis purgarunt. Idem fecit
alius quidam episcopus Italiae, quem pro
sua ordinatione Nouatus euocarat, & à
quo manus impositione surripuerat quod
inquit Eusebius lib. 6. Eccle. Histor. ca. 33.
& Nicepho. lib. 6. cap. 3. Totum concil. An-
cy. in hoc est ut alijs peccatis alia poenite-
di examulsum norma tradatur seu priua-
ta etc.

Vide Cy-
prianum

ta etc. Itidem facit concil. Noocasa. mul-
tis canon. Item plurimis cap. concil. Eli-
bet sub Syluestro . Similiter eodem æuo
concil. Arelat. 1. Grangrèse. Arelat. 2. Car-
thaginen. id est sub Syluestro pa. inquam,
& Agrippinem. seu Colonien. sub Iulio,
id est & Antioche. sub eodem et Laodi-
cen. et concil. Valentia gallia sub Da-
maso, et ne tibi oneri sim, ita vniuersus se-
mel orbis sensit, sic omnes passim pro-
uincię ordinarunt, sic alijs alijsq; olim Ec-
clesijs visum est, et à maioribus traditum,
et obseruatum accuratè perpetua totius
orientis consensione. Nam omnia per-
censere est lōgum et graue. Nam pro pec-
catis capitalibus etiam Eusebius Emis. pē-
nitentiam publicam persoluendam statuit
etc. Homil. 10. ad Monach. Et Origenes
tractans illum locum Leuit. 13. de leprosi
publica et humili sui manifestatione, ac-
cusatione et detestatione, peccatorē quo-
que dicit, si quid in Deum ac fidem et re-
ligionem commisit, omnibus publicare
debere, vt omnium interuentione emen-
detur, veniamq; consequatur etc. Homil.
8. super Leuiticum. Idemq; insinuant li-
quidò Cyril. Hefyc. V. Beda Ruper. alijsq;
qui su-

Estate aut
Eusebij
aut Mel-
chias,
pont.

Hic est
Enchiridion
de moribus
christianis
L. 1. c. 10.

qui super Leu. cōmentarios edidere. Sicq;
interpretatur Aug. lib. 3. quæst. in Leuit. q
47. etc. Vbi fusè agit de cognitione lepræ
apparentis, & non apparentis, & discipli-
na per sacerdotes Aaronicos exerēda erga
lepra infectos, nam de occultis peccatis
occultam, de manifestis & publicis pub-
licam agendam pœnitentiam esse, eo-
dem modo sicut Christus quos palam o-
mibus mortuos inuenit, palam coramque
omnibus suscitauit, quos secretò secre-
tò etc. testatur libro de pœnitentia ver, &
fal. capite n. hinc monet vt quē pœnitet,
quærat sacerdotē scientē ligare & soluere
id est quā potest optimū & peritissimū,
Deum quippe in ministerio sacerdotum
non nisi agnoscere opera misericordiæ
et iustitię etc. c. 10. De peccatis enī publicis
et grauib⁹ quæ totā ecclesiā turbarūt, pub-
licā et solennem pœnitentiā esse transigē-
dā, iuxta cōsiliū presbyteri atq; episcopi,
siq; illis ita videatur et Ecclesiæ ædifica-
tioni, et pœnitētis cōsultū saluti definiuit
cōcil. Africa de occultis autē agendā occul-
tā iuxta arbitriū pariter cōfessarij vt habet
Raban. l. 2. insti. cle. ca. 30. Idēq; tradit Gra-
tia, dist. 1. de pœni. et alijs dist. cano. varijs,
-ul iup
Simili-

Sacerdo-
tū mun⁹.

Pœniten-
tis sub-
missio et
obiectio.

Similiter Iuo carnot, part. 15, et alibi alij:
 Id siquidē liquidissimē cōtestatur Orige,
 quoq; in homilijs quas composuit super
 Psal, 3, idq; tantummodo magna de indu-
 stria maturē quēq; vult apud sese delibe-
 rare, vt deligat quem, non casu, aut for-
 fortuna, sed ratione atq; iudicio (vti medi-
 cum solemus) cui cōfiteatur eiusq; ita de-
 mum omnia subdat existimationi, seu his
 seu illis pœnitentiæ canonibus subigendus
 sit, siue publicam, siue priuatam facturus
 exomologesim, Et Augustinus si pec-
 catum inquit, non solum magnum ma-
 lum in se est, verumetiam scandalum fuit
 aliorum atque id Ecclesiæ iuxta antistitiq;
 videatur expedire, rem omnem, et cau-
 sam referre ad Ecclesiam fidelium, nō re-
 cuset quem pœnitet, eiusdem pœnitentiā
 subire, ne lethali vulnere per pudorē ad-
 dat et timorem, multi enim corriguntur
 vt Petrus, complures tolerantur vt Iudas,
 alij nesciuntur donec dominus veniat, qui
 et illuminabit abscondita tenebrarū, et ma-
 nifestabit cōsilia cordiū 1. Cor, 4, et quidā
 quū sciāt tacēt, quia non possunt probare
 iudicib⁹ ecclesiasticis, Iudex aut nō debet
 credere nisi manifestis testimonijs, neque
 nos à

nōs à cōmunionē quemquā arcere pos-
 sumus, nisi aut sponte confessum, vel ali-
 quo seu seculari, seu Ecclesiastico iudicio
 nominatum, conuictumq; iuxta illud. Si
 quis frater nominatur inter vos etc. 1. Co.
 5. Sunt igitur eiusmodi tolerandi, quos iu-
 dicio et ratione, probationeq; conuictos
 nō possumus reos agere, et ab commu-
 ne suspendere etc. ita ferè Aug. lib. de pœ-
 nit. medicina cap. 3. et Homil. 50. de utili-
 tat. et necess. pœnitentiæ et de publica pec-
 catorum lamētatione, et cōfessione, quod
 diuinam demereri pietatem valeat, vel dū
 homo animam agit, et secus sentire non
 Christianæ religionis, sed Nouatianæ esse
 superstitionis docet libro. de Eccle. dog-
 mat. cap. 80. Ponat sese omnis pœnitens
 (inquit) in proprietate iudicis, ac in iudi-
 cio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, a-
 deoq; omnia paratus sit libens eo iubente
 subire pro recuperanda animæ suæ valitu-
 dine, quæ pro corporis cauendis periculis
 esset factururus, et neque licitis quidē uti-
 tur qui se illicita commisisse memorat,
 nisi ex licentia obedientiæ etc. lib. de vera
 et sal. pœnit. ca. 15. Neq; aliud molitur D.
 Leo pa. 1. omnibus ferè suis epistolis de-
 cret.

eret. quam vt regulæ & canones (quos
 Apostolicos nuncupat creberrimè) quam
 accuratissimè & ad vnguem poenitenti-
 bus competentes obseruentur , scribens
 alijs, alijsq; per orbem vniuersum positis
 episcopis. Idem frequentissimè præter om-
 nes alios vrget religiosissimus martyr
 Cypria. expostulatq; iniuriarum, cum va-
 rijs Episcopis & sacerdotibus, qui indul-
 gētiōres erant nimiumq; faciles ad expo-
 nendas poenitentibus manus, qui grauitè
 lapsos, tam leuiter erigentes ad pacem &
 communionem Ecclesiæ, nullo aut paruo
 negocio admittebant, sine veterum &
 Apost. canonum delectu ac ratione: hinc
 quod Cyrill. habet Alexand. quæritur sy-
 nodus Ephes. complures Episcopos cum
 hæreticæ prauitatis tū aliorum criminum
 causa canonibus obnoxios, non arripere
 poenitentię tabulam etc. & habet Cyrillus
 epist. 10. ad imperato Theodosium & Va-
 lent. & relatione alia eiūdem synodi ad
 eosdem quæ est episto. 9. commendat sy-
 nodus Augustos principes, quod à pue-
 ris zelum erga fidem & canones declara-
 rint taxatq; Nestorium & alios sectatores
 quod canones conculcarint, quibus meri-

Canones
 haud te-
 mere vio-
 landos

R ritò sub

DE PAENITENTIA

ritò subijciēdi sint, & eiusmodi apud Cy-
 rill. legere est frequens, eamq; profectò
 gratiam debemus Grätiano atq; V. Bed,
 Bucharδο, luoni Carnot. alijsq;, quod om-
 nium concil. omnium eccl. omnium tem-
 porum atq; ætatum, omnium populorum
 vniuersorum deniq; class. scriptorum stu-
 dia in vnum quasi corpus cõflarint, & tā-
 quam centonas confarcinarunt, & suis
 quibusq; peccatis, suos quosq; canones, ac
 pœnitendi regulas, diu olim compositas
 adiunxerunt, opera nō tam impensè pœ-
 nitenda, quam obnixè hac alia non vsq;
 adeo à vitijs aliena ætate odiosa. cuiq; faci-
 lius sit inuidere (quod zeusis pictor de
 seipso prodidit) quàm imitari, nulla liqui-
 dem tam fuit ætas, nulla ita bene compo-
 sita respub. quin qui maximè optima cu-
 puerint illud Maronis dicere fuerint co-
 acti, fertur equis auriga nec audit currus
 habenas, eamq; Ecclesiæ disciplinam, &
 sacerdotalis ordinis vigorē atq; rigorem,
 cūm præsbyteros & diaconos africanos,
 tum Romanos atq; Italicos (nam per afri-
 cam tantum atq; Italiam Nouatianorum
 pestis grassari id tēporis visa est, demūq;
 in phrygiam erupit) mordicus seruauisse

vt non

Canones
 hand ce
 uere in
 andos

medul

vt non solum aris focisq; qui thura & ignem incendissent, aut cibus immolatijs deorum ora polluissent, verumetiam qui solis cogitationibus, & consensu conscientiam maculassent, & libellatos quod vocabant, id est qui absentes sua nomina dederant, & in deorum sacrilegum cultum aurauerant clam omnibus à communione exclusisse, & pœnitentiæ debite canonibus addidisse est liquidissimū, pariter probatissimumq; apud Cypria. lib. 2. epist. 7. & lib. 3. epist. 5. & lib. 4. epist. 2. & alibi, nā ante Nouati tempora, Cornelium in Italia Cyprianum in Africa, aliosq; alibi gentium, locorumq; episcopos aliam, aliamq; habuisse disciplinam, & rigorem, seu canones, quos nulli episcopo, sicut nec postea librum pastorem Gregorij nescire fas erat, vt habet synodus Turo. tempore D. Caroli magni habita cap. 3. erga alios aliosq; peccatores pœnitentes, & vetustis canonib⁹ occasione Nouati solummodo adiectam fuisse appendicem quandam neq; tunc primum institutam exomologesim, sed alium exomologeseos faciendæ modum, mox declarabimus. Per vetustos autem pœnitentiæ canones, tunc v. sut-

Libellati.

Al. Nouatiani.

patos ego fuisse non arbitror, qui non aut
 ipsomet Christo ipsismet Apostolis,
 et Euangelistis, sanciti authoribus sint,
 quum ab Apostolis ad Cornelium vsque
 non numerentur magisquam ducenti an-
 ni, idque haud temerè, hoc satis est sic
 nos habere, non fuisse olim vnam omni-
 bus peccatoribus communem poeniten-
 tia regulam nimirum publicam atque so-
 lennem illam, quod isti manibus pedi-
 busq; contendunt inuita reputanteq; (mi-
 hi crede) profectò còsuetudine fallor. Præ-
 terea eiusmodi argumentis, atq; suffra-
 gijs quari rem velim an cum poenitentia
 omnibus (si sapimus) peccatorib⁹ sit per-
 necessaria, vna tatummodo sit, & vnifor-
 mis nempe pub. & solen. cum ab hac olim
 exemptos, & quasi præuilegiatos reperire
 sit proclive & presbyteros & diaconos,
 sitq; cum hisce dispensatum vt non illo
 solenni & pub. poenitentia ritu, sicut vul-
 gus & plebs Laica, atq; profana scilicet ce-
 lebribus caremonijs per manus imposi-
 tionem, à peccatis seu minutis, seu graui-
 bus, reconciliarentur, sed alijs poenitentia
 modis, nisi aut ipsimet eam postulauissent
 vt habet concil. Arans. cap. 4. aut peccati
 graui-

grauitas & si presbyter vxorem duxisset
aut adulterium commisisset, vt habet cō-
cilium Neocæsa. cap.1. & est distinct.18.
presbyter, communioni & paci Ecclesiæ
restituere id quod D.Leo ex Aposto-
lica traditione descendisse, facile credit
iuxta illud 1.Reg.2.Sacerdos si peccauerit
quis orabit pro eo? vnde eiusmodi lapsis
ad promerendam Dei misericordiam, pri-
uatam expetendam secessionem, vbi sa-
tisfactio si fuerit digna, etiam sit fructuo-
sa, inquit, epist.92.ad Rusticum narbo e-
pisc.cap.2.& distinct.50. alienum, & diu
antè Syricius papa, cauit inter alia sua, de-
creta, vt neq; clerici ad poenitentiam ad-
mitterentur, neq; qui poenitentiam sub-
iisset clericus ordinaretur, & habetur ibi
dem ca.illud Idemq; definitum est vt ha-
betur distinct.50.concilijs varijs & in cō-
cil. Agath.cap.43.et Arelat.2. et est 25.26.
quæst.6. Mini etc.et cōcil Rom. tempore
Hilarij papæ ca.3. Poenitentes autem olim
vocabant, quos dicimus, qui à baptismo,
vel ob commissum homicidiū aliaue gra-
uissima peccata, poenitentiã egissent pub-
licam, vt interpretatur concil. Tolet.1.ca.
2.et habes distinct.50.Placuit et apud Iuo-

R iij nen.ii.

nem. libro. 3. Nam poenitentes ab infimis
 quoq; clericorum officijs remoueri debe-
 re censuit consilium Nice. ca. 10. & vrget
 Innocētius 1. episto. 6. quod audisset mo-
 destum quendam, qui ob multa olim faci-
 nora poenitentiam egerat, & clericum, &
 episcopū deniq; fuisse effectū, estq; dist. 50
 canones. Id ipsum decreuit concil. Epanné.
 cap. 4. & concil. Carthag. 4. cap. 68. & ha-
 bet Gratia. distinct. 50. ex poenitētibus, &
 multis cano. cū hac tum dist. alijs asseuerat
 quāuis nō raro dispēsātū sit, & dispensari
 posse, cū eiusmodi. Iridē vel ob egregium
 pānitentiæ præbitū specimen, aut propter
 necessitatē aut clericorū inopiam id re-
 quirentem, ibidem declaratur ex Augu.
 Hier. Cyril. Callisto etc. & conc. Tol. i. c.
 2. asserit quoque. Quid igitur si Apostoli
 tradiderunt vt clerici assertore Leone, nō
 subirēt pānitentiā, aut potuerūt dispēsare
 ea in re quā Christus, & omne passim euā-
 geliū vsque adeo prædicat necessariā, aut
 prouiderūt clericos, nō peccaturos, ac pro
 inde poenitentia illis nō esse opus facta, an
 lapsos clericos animum despondere peni-
 tus voluere, sicque poenitentiam tanquam
 inutilem illis negari, quam nulli mortaliū
 quan-

quandocunq; petēti non annuere, si iussis
 diuinis parere cupiebāt vnde, omniū sine
 exceptione peccatorū clauēs acceperant
 non poterant? an verò, quod nos arctissi-
 mē tenemus, aliam panitentiam peragere,
 & diuersa panitētia genera, diuersis pec-
 catis statuere? Id siquidē pensi moderatiq;
 illis, ecclesiāq; suae Christus legauit, inq;
 mandatis reliquit, & ob multorū experi-
 mēta morborū, medicinas multas (inquit
 August.) alij, alijq; antistites, & doctores
 decernerent etc. in episto. 50. ad Bonifac.
 estque distinct. 50. vt cōstituerentur, eius-
 modi siquidem (nempe quod aut poenitē-
 tes nō fierēt clerici aut clerici poenitentes,
 non tam desperatione indulgentiā quam
 rigore instituta seruandae disciplinae sunt,
 alioquin contra clauēs fore ea, quum de ijs
 dictum sit, quaecunq; solueritis super terrā
 soluta erūt & in coelis etc. nemo nescit etc.
 Itē pub. & solen. poenitentia semel dū-
 taxat quotānis, nēpe in capite quadragesi-
 mae exhibebatur, & celebrabatur p̄sente
 episc. omniq; clero, quēadmodū cernere
 est in conc. Agath. ca. 45. quod habet Gra.
 dist. 50. in cap. & Ino part. 15. de pan. c. 45
 & meminit Cyprianus serm. de vnctione

Vna pub
 lic, & so-
 lonnis pe
 nitentia.

R iiij chris.

DE P A E N I T E N T I A

chris-
 matis, alijsq; sacramentis & Rabanus
 lib. 2. instit. cler. cap. 30. & Carol. Mag. e-
 pist. ad Albinum, de ritibus Ecclesiæ in
 initio, Sicut et baptisma solenniter dabatur
 in ferijs solum paschæ et Pentecostes, ex
 Apostolica traditione, nisi aliud vel rei,
 vel loci vel temporis, aut personæ, ne-
 cessitas, atque angustia, dictauisset, tunc
 enim priuatim, omni tēpore et loco, cui-
 cunq;, à quocunq; dari fas erat ob sacra-
 menti necessitudinem (quod inquit Au-
 gust. locis penè innumeris, et ita decreuit
 Syluest. papa in concil. Rom. Acto. 2. cap.
 12. et concili. Eliber. capit. 8. et 42. com-
 pluraque alia) lam vero cum poenitentia
 ita sit necessaria relapsis, atque baptismus
 intransantibus cathecumenis, idemque sit
 prorsus (vt Apparet) D. Augustino mori
 poenitentem siue reconciliatione, et sacer-
 dotali absolutione, quod cathecumenum
 hinc egredi absq; baptismo, vndè cum ad
 periculorum extrema ventum est (inquit)
 magnum, immensumq; in Ecclesia fieri
 ab utroq; sexu in omni ferè ætate cōcur-
 cursum, alijs baptismum, alijs reconcilia-
 tionem, alijs poenitentiae actionem, om-
 nibus suam ipsorum consolationem, et sa-
 cramen-

mentorum cōfectionem, et erogationem
 flagitantibus, vbi si ministri desint, exitiū
 sequatur ingens eos qui de hoc seculo, vel
 non regenerati exeunt, vel ligati etc. epi-
 stol. 18. ad Honoratum Episcopum, qua-
 rentem consilium, num tempore perse-
 cutionis fugere ministris euāgelij et sacra-
 mentorum an non liceat lib. 1. de Adulte-
 rinis coniug. quæ autem baptismatis (ait)
 eadem reconciliationis est causa, si fortè
 poenitentem finiendæ vitæ periculū præ-
 occupauerit, nec ipsos enim hac vita, sine
 arra suæ pacis exire, velle debet mater ec-
 clesia cap. 28. et vlt. quis autemet, his in-
 quam sese ita habentibus vnicam poenitē-
 tiam esse? Nam ij qui vsque adeo grauitè
 decumbebant, vt putarentur extremè la-
 borare, et animam agere, à quocunq; , o-
 mni tempore, et loco à quibuscunq; pec-
 catis priuatim permittebantur, à quocunq;
 præsbytero absolui, imo iubebātur, et paci
 atq; communioni Ecclesiæ et sacramen-
 torum reddi, illa attamen lege, vt si vale-
 tudinem recuperarent, in ordine poenitē-
 tium starent, pro qualitate peccatorū poe-
 nitentię canonibus iuxta sacerdotis æsti-
 mationem subiacerēt, sicut liquet in de-
 cretis

DE PAENITENTIA

cretis Celestini cap. 2. et habetur 26. qu. 6. agnouimus, et Iulij 1. cap. 2. et habes ibidē cap. si peesbyter etc. et in concil. Arās. ca. 3. et 4. et est 26. qu. 6. qui concil. Catha. 4. cap. 74. etc. et est 26. q. 7. Sacerdos et concil. Tolet. 11. cap. 22. et Leo papa epistola 89 nulli Christiano temerē negandam communionem, prout fortē affectus est sacerdos, sed causa et crimine exigente testatur ne animus periculis obijciatur & diaboli insidijs exponatur inermis, his verò qui tempore necessitatis, ex periculi urgentis instantia præsidium poenitentiae, et reconciliationis, ex more implorant nec satisfactionem denegandam, aut interdiciendam, neque recūciliationem quia misericordiae Dei, nec mensuras, nec tempora possumus definire de his autem qui accepta poenitentia antequam reconciliantur, ab hac vita recesserint quanquam diuersitas præceptorū de hoc capitulo habeatur, illorum sibi placere sententiā, qui multiplici numero. de huiusmodi humanius decreuerunt vt ea memoria talium in ecclesijs commendetur, et oblatio pro eorum delicto à presbyteris recipiatur etc. epist. 91. ad Theo. et habetur 26. q. 6. his
 qui, et

qui, & concil. Arelat. 2. tempore Syluestri
 cap. 12. & Carth. conc. 4. ca. 76. & sequet.
 Agath. cap. 15. & Chartha. 2. ca. 3. & 4. &
 habetur 26. quæst. 6. si iubet & ca. Aurel.
 & concil. Cartha. 3. ca. 23. & 34. & Valens.
 concil. 1. ca. 2. & Tolet. 11. ca. 12. Similiter
 concil. Valen. 1. ca. 2. eaque omnium retrò
 ab Apostolis conciliorum semper fuit
 mens, ea omnium Ecclesiarum hucusq;
 Apostolicarum disciplina, & vniuerso-
 rum scriptorum Eccle. sententia, id quod
 ex Gratiano, atq; Iuone clarissimum eua-
 dit præbytero, centonas (vt ita dicam)
 studiosissimè, consarcièribus, adeoq; Cy-
 pria. super hac re (vti videtur) interroga-
 tus quid agendum esset, cum poenitenti-
 bus moribundis absente episcopo, iubet,
 periculo & necessitate quamcunque in-
 gruente, non expectetur sua ipsius præ-
 sentia, sed per quemcunq; præbyterum
 præsentem, vel si præbyter haberi non
 possit, diaconum, poenitenti pax & recõ-
 ciliatio præbeat, per manus impositio-
 nem facta prius ipsi exomologesi lib. 3. e-
 pistol. 17. ad præbytero, & diaco. & con-
 cil. Elibert. cap. 32. quanquam ego hoc nõ
 de excommunicatione spirituali, sed cor-
 porali,

Penitenti-
 as pub-
 licas &
 solen-
 nes
 322

porali, & externa, saluo iudicio meliori, intelligendum duxerim, vt sicut absente Episcopo & presbytero diaconus ferre potest sententiam nomine Episcopi, vel potius, ac verius denunciare ac diuulgare excommunicationis, ita in casu necessitatis, non tam absoluere, sed absolutum promulgare commissa semel eius rei faciendę authoritate, & nomine Episcopi, ac presbyteri in gremium matris Ecclesię postliminio, atq; in gratiam, societatemque recipere Christianam, extra quam nulli salus contingere potest, vt creberrimę est legere in varijs libris, potissimum ijs, quos contra Donatistas scripsit Augustinus credatur, proinde etiam sic habemus, non fuisse olim vnā publicam & solennem poenitentiam, quia hæc non credebatur passim omnibus peccatoribus, licet Laicis nisi adultis & prouectę ætatis, & vt minimum 40. annorum, vt patet in concilio a. d. Syluestro papa coacto, Act. 2. ca. 12. & concil. Agath. ca. 15. & concil. Aurel. 3. circa Vigilij pont. tempora. ca. 24. Quis porro ita stolide desipiat, vt aut omnem ætatem inferiorem, omnis peccati expertem, vel peccato obnoxiam eã arbitretur immunem

Penitentia pub.
& solenn.
adultorū
erat.

munem, attamen esse debere à poenitentia omnigena? Itē sacrosancti canones vetant coniuges, hanc poenitentiam solennē obire citra mutuum vtriusq; consensum, sic namq; tradit concil. Arelat. 2. iubente Syluestro id est pōt. in iū ea. 22. & habes 33. quæst. 4. poenitentiam & concil. Aurel. 3. cap. 24. Eos verò qui semel ipsam peregrissent omnem reliquam vitam cēlibem degere mandant D. Leo papa. epist. 92. ad Rusticum Episcopo Narbo. ea. 11. & cōcil. Arelat. 2. cap. 21. lib. 2. de poenitentia ca. 10. Quis vero aut coniuges perpetuo omnes cōtinere et à peccato omni abstinere, aut si lapsi fuerint, si non publica, priuata saltem poenitentia reconciliandos existimet? Legibus quoque permultis cautum erat sane ne poenitentes aut malitiam aut, negotia secularia, aut lites, causaque forenses, exercerent, sed mutato habitu, & vitæ genere, in monasterium se reciperent, sicut docet D. Leo pap. epistola 92. ad Rust. ca. 8. 9. 10 & Ambrosius libro 2. de poenit. ca. 10. & August. lib. de vera & falsa poenitentia ca. 15. & concil. Aurel. 3. capite 2. & est distinct. 5. de poenit. & de his 15. con. Venet. ca. 3. & concil. Telenf. ca. 3. et concil. Agat. mandat

mādāt eos penitētes, q̄ comā nutriūt, neq̄
 eam abradi permittunt, ac habitū vestēq̄
 mutare nolunt, à pœnitentię remedio ab-
 ijci, & nisi dignè pœniteant non recipi
 ad communionem cap. 15. & habes distin.
 50. penitentes et con. Arelat. 2. cap. 25. Imò
 verò August. vult pœnitentium, non mo-
 do à mercatura, atq̄ militia alijsq̄; ferè pec-
 catis obnoxijs aut periculis exercitijs, ve-
 rum etiam magistratu, & quacunq̄; reip.
 administrandā dignitate munijq̄; defun-
 gi, & abercere sese à ludis, & spectaculis
 theatralibus, & abstinere deniq̄; à multis
 licitis, vtpote qui per libertatem arbitrij,
 illicita commisit lib. de vera et fal. pœnit.
 cap. 15. citatur distinct. 5. de pœnit. Consi-
 deret, et oportet (inquit Leo Papa epist.
 92. cap. 8.) illicitorum veniam postulante
 à multis etiam licitis abstinere, aliud liqui-
 dem esse, debita iusta repetere aliud pro-
 pria perfectionis amore spernere, si quis
 tamen habet causam quam negligere non
 oporteat, melius in ius ecclesiasticū, quam
 forense ambulare, qualitatem autem lu-
 cri dicit capite. 9. negociantem aut ex-
 cusare, vel arguere, esse enim turpem et
 honestum, itidem quæstum interim ve-
 rabitur

ro penitenti, potius dispendia perfe-
 renda esse, quam periculis negociationis
 obstringere sese difficile namq; esse emē-
 tis vendentisq; commercium, non inter-
 uenire peccatum, et habetur de penit. di-
 stinct. 5. qualitas, Sic item Greg. Mag. ho-
 mil, 24. feria 4. paschæ, Petrum negocium
 quod ante cōuersionō sine peccato exer-
 cuit, sine culpa post conuersionem repe-
 tisse, Matthæum vero telonem non redif-
 se, asserit, esse quippe pleraq; negocia, quæ
 sine peccatis, aut nullo modo, aut vix ex-
 erceri possint, quæ proinde ad peccatum
 impleant, ad hæc necessum esse animum
 post conuersionem, nequaquam recurre-
 re. Estq; apud Gratianum dist. 5. de pœ-
 nit, negocium, Idemq; multis cap, suadet
 Si igitur vnica est in disciplina ecclesiasti-
 ca poenitentia solennis, quis non videat è
 suo statu mouenda omnia, futura diuortia
 rempub. destituendam, magistratu nullā
 ciuitatem, neque domi consilio, neq; mi-
 litia ac armis stare posse, satisque florere,
 nundinas omnes, omnia emporia itura
 pessum omnibus pene mortalibus, in hu-
 iusce generis poenitentia carcerem ob sua
 quemq; peccata & scelera, vt censores isti
 probi

probi conijciunt destinatis. Et August. certe cum illis publicis poenitentibus non esse fas communicare affirmant quæst. ex utroq; mixtim q. 102. cont. Nouat. quamdiu poenitentiam agunt & iudicio ecclesiæ non sunt absoluti, quum itaq; sine peccato homo sit rara avis in terris oëiq; indigeat poenitentia, quis non putet ea ex istoc mundo migratur et optandos infinitos mundos, eos Epicurei, aut democri, in quos singuli singulos se se a poenitentib' cæteris hominibus separtas recipiant, & suscitandos vndiq; in arca & auras hæc vitales vniuersos magnæ telluris pulueres, qui mox in mundos poenitentium omnium capaces innumeros inquam, compingantur exilibus citissime atomis hinc inde volitantibus in alia aliaq; corpora conflatis, & vasti mundi moles? His alijsq; probationum momentis, quibus ne æquo sim prolixior, supersedeo, velut quibusdam calculis iniri poenitentię rationem mihi velim, an vna ea perpetuo sit medicina in vniuersum omnibus morbis medendis competens eadem lance, atq; trutina pefata, iisdem semper instar potionis medicæ temperata qualitatibus, an vero plures atque diuerse pro

se pro

ſæ pro ægritudinum varietate, aliarumque
 & aliarum rerum, quas peritum medicum
 ſpectare oportet moderamine, fruſtra mi-
 hi profecto tantum & horarum, & ope-
 rarum Hypocrates, Dioſcorides, Philo-
 ſtion, Geriphon, Ariſtoteles, Galenus,
 Theophraſtus, Alexander, Aphrodi-
 ſaus, Rhazes, Syrus, Diocles, Caryſtius,
 Praxagoras, Chryſippus, Eraſiſtratus, He-
 rophilus, Cleophant^o, Pſell^o, Plinius, alijq;
 clariffimi medici, in condendis medendi
 præceptis, in cognoscendis elementis, in
 naturæ cognitione, in qualitatum primarū
 & ſecundarum obſervatione, in corpo-
 rum dignoscenda confirmatione, atq; ha-
 bitu, in perſpicienda temperantia, diſtem-
 perantiâq; in peruidendis præſagijs vſu
 efficaciffimo omnium Magiſtro naturam
 ſuapte medicina imbuente immoderan-
 dis ſuccedaneis, in penſandis, ſiue ſanita-
 tum, ſiue morborum cauſis, in perqui-
 rendis herbis, lapidibus, animantibus, om-
 nibuſq; vniuerſæ naturæ arcanis, in febrū
 peſtilentiæ, aliorumq; malorum morbo-
 rum curatione, qui cum Tiberij Cæſa. &
 Plinij ætate ſupra 300. eſſent, nunc ſupra Quot o-
lim mor-
bi genera
 1000. ſunt nouis quotidie exoriētibus, &
 S in ge-

Hæresis
Asclepias
dis in me
dicina.

ingenus humanū irrepentibus quis semper tanquam diuorum iras, præter negocia, quæ nec pauciora, nec minora sunt, quæ homines suo sibi opere important timeamus, frustra inquam, tantum curarum, ac cogitationum, clarissimi illi medicij, in optima medendi inuenienda ratione posuere, si medicina ad verba garrulatæq; peculiariter descendit, si omnia abdicanda sunt, si tota medicina (quod fecit Asclepiades) ad casum reuocanda est faciendaque ac tentanda à casu & cōiectura, nō vsu atq; arte, omnium morborum eadem si sint remedia nempe (vti ille volebat) quemque hæc abstinentia cibi, alias viui fricatio corporis, ambulatio, atq; gestatio si enim moly illa homerica, Mercurio, aut pæonia, aut Panaces, aut Heracleon, vel Chironica aliaque herbæ dijs immortalibus ascriptæ singulæ singulis morbis curandis sufficiunt, quid opus fuit tam numeroso herbarum ac remediorum genere? Nonne istud est quod inquit vnica filia duos parare generos, & duos, imò vniuersos parietes, vna dealbare fidelia? an non id merito præter cetera possumus indignari, leuissimos homines torrēti ac meditata oratione

tione, ita posse blandiri auresq; , animosq; ;
 ita de mulcere, vt vniuersum propè genus
 mortalium circumgerint in se tãta autho-
 ritate, nec minore fama, nõ alio modo, quã
 si cœlo emissi aduenissent, repenteq; leges
 salutis humano generi dedisse, cura nimis
 anxia fauentibus cunctis, ceu vera essent,
 quę facillima. quę tamen si bene estimetur
 non solum humana, diuinaque iura om-
 nia confundunt, verum auidissimæ, tan-
 tum hominum ad res novas cupidini ser-
 uiuūt, euertendæ potius, quã emendandæ rei-
 pub. & corrupçedis, quam corrigendis
 moribus magis opportuna, id quod talpis
 ipsissimis videre est, nisi talpis ipsis simus
 cæciores? Quis nõ hanc temporũ, morũq;
 vicem vehementissimè doleat? Quis non
 eam cladẽ euixissimè in solas terras pro-
 pellere iuuet? Quis in hoc communi dis-
 crimine, sibi satis prospectum ratus desi-
 deat, torpeatq; in eacia? O terras ipsas mi-
 serias, quam disparibus Dominus olim, hõ
 dieque (quamquam quomodo isti Do-
 mini?) sed tamen quam à disparibus Do-
 minis tenentur? O cœlos ipsos infaustos,
 quos hæc reipublic. vulnera tegere o-
 portet, vtinam satis constaret, ijs qui sua

vel parum vel nihil referre putant hęc o-
 bis tragœdiam, siue diuinitus, siue animi-
 lium coniectura aliqua, nostra & Eccle-
 siæ catho. interesse minimum nec vince-
 rēt hi boni viri, nec sibi haberēt quod glis-
 cunt, fierentque suorum votorum com-
 potes, dummodo scirent quos quidam
 (utinam temerarius essem) tantopere in-
 columes esse cupiunt Apostolos, quando-
 que optimatum partibus, quas secum si-
 mul defendit Ecclesiæ sublimitas, atque
 vindicat exitio futuros, & Apostolis his-
 ce pares, similesque, multos inesse euan-
 gelistas circumcelliones alteros, quod ge-
 nus hæreticorum famosissimæ audacię &
 crudelitatis fuisse testis est August. de hæ-
 res. 69: monasterienses, atque Rusticos,
 Germanicos, id est extorres patria, aqua
 & igni indignos, sacrilegos, insolentes, in-
 cestos, ære obstrictos alieno arctissimè,
 seditionum authores, sicarios homines,
 compilandæ Reipub. amplius quam ser-
 uandę candidatos, quamquam diuersum
 semper illis præceptū sit & id genus ma-
 iorum diuersoria complura, iam pridem
 securitatem posteritatis signantia,
 atque testantia, nisi iocum ludosque opi-
 nemur

nemur fortunæ esse, omnem hanc scænicam turbam. Tantum est in rebus (o malum) Inane. Verum iam enauigit ex hisce scrupolosis cautibus oratio, & quod proposuimus prosequamur, spero siquidem complures & de multis germaniæ principibus est constans rumor desperare præcipitis consilij sui euentum, atq; successum rebus haud prosperè decedentibus, multoq; secius quam expectabant iactam abs sese aleam, cedere, diligenter, studioseque aduertere animum licet secius quam oportuit sanè sed non tota errat (quod inquirunt) qui media via reuertitur, præstatq; tot aduersos casus expertos, neque vero successum vel vnum meliora meditari quam tentatis extremis, extrema timere, aq; perferre, licet C. Cæsar difficiliter iudicauerit (lege lata de iure magistratuū eo capite quo à petitione honorum absentes submouebantur, ne Cæsare quidem excepto) se principem ciuitatis à primo in secundum, quam ex secundo nouissimum detrudi, nimirum, miserriimū infelicitatis genus reputans, aliquando fuisse felicem, quo ingruente nihil addi posse miseriæ, nihilq; superesse, cur libeat viuere. Simul

S iij ac pri-

ac primum declarauimus non vnum esse
 poenitentiae genus, sed aliud quidem pri-
 uatum aliud publicum atq; solenne pariter,
 aliud publicum tantum, non ita solenne,
 nunc deniq; cuiusq; leges atq; summatim
 conditiones explicandae sunt, haec enim duo
 ex illo primo, non ediuerso nasci sepe di-
 ximus & priuatum omnibus poenitentibus
 commune esse, publicum autem atq; solen-
 ne non item, nam publicam quidem poe-
 nitentiam peragebant etiam clerici ob que-
 dam grauia publica; praesertim crimina
 quemadmodum ex omnibus concilijs cum
 oecumenicis, tum synodicis probatissimum
 est. Interdum enim clero defungebantur, a-
 lias a communione arcebantur, nonnun-
 quam inter Laicos, Laicam communio-
 nem percipere, aut peregrinam (quam aie-
 bant) iubebantur, aliquando ad perpetuos
 carceres condemnabantur. Interdum neque
 in fine quidem communionem accipie-
 bant, non raro degradabantur, sepe ab ali-
 quibus, non ab omnibus, officijs suspen-
 debantur, frequentissime in aere, ac corpore
 mulctam luebant. Interdum perpetuae pere-
 grinationi destinabantur etc. Est enim
 omnibus communis natura, & elementa,
 & vita

De peni-
 tentia pu-
 blica.

& vita & mors etc sacra mensa, domi-
 cum corpus, regni promissio, lauacrum
 regenerationis, purgatio peccatorum, sa-
 tisfactio & redemptio etc. ait Chryso-
 Homil. 7. de poenit. Ita ego saluo iudicio
 meliore capiendum existimo illud concilij
 Arelat. 3. sub Carolo magno habiti cap.
 26. qui publico crimine conuicti sunt rei-
 pub. iudicetur, & publicam poenitentiam
 agant secundum canones, sic episcopi, pres-
 byteri, diaconi, detecti, quod moechati
 fuissent, propter scandalum, & nefandum
 crimen, nec in fine communionem ac-
 cipiebant, vt placuit concil. Elibert. ca. 18.
 Si quis siue clericus, siue laicus, vsuras fuisset
 detectus exercere illum degradandum
 & communione priuandum, hunc excō-
 municandum visum fuit cap. 20. agebatur
 enim ferè hæc publica poenitentia, ob pec-
 cata publica, seu à clericis, seu à laicis, pro
 sacerdotis confessarij existimatione, vnde
 cum August. dixisset sufficere occultum
 peccatum confiteri priuatim Deo in au-
 rem sacerdotis, & eodem agendum modo
 esse circa poenitentes, quo cum mortuis e-
 git Christus, publicos, & notos ma-
 nifestè & palam, occultos, occultè suscitā-

S iij dos de-

Meritum
torius ec-
cle. suae
implorā-
dum pa-
nitenti.

dos declarans, docemur ait publice peccā-
tibus, non proprium, sed Ecclesiae suffice-
re meritum, sic itaq; mortuus iaceat sicq;
se mortuum ostendat, publicè mortem suā
prædicando publicè fructus poenitentiae
ostendendo, vt turba ploret amissum, &
defleat quem dolet mortuum etc. et post
paucā, qui enim multos offendit peccan-
do, placare multos debet satisfaciendo, vt
ecclesia prius offensa per culpam, in con-
uersione flectatur per misericordiam,
orans pro ipso quem defunctum dolebat,
vnde Deus flecteretur ad veniā, qui prius
adhibuit misericordiam libro de vera &
falsa poenitentia. cap. 11. & quia sicut scrip-
turae miracula, artes, disciplinae, sapientia
humana, iuxta ac diuina, etiam ipsissima
adeo sacramenta extra Ecclesiam quidem
esse, prodesse vero non ita possint, labore
itaq; inquit ca. 12. poenitentes in Ecclesia
esse, & ad Ecclesiae vnitatem tendere, nisi
enim vnitas ecclesiae succurrat, nisi quod
deest peccatori, sua opitulatione compleat
de manibus inimici non eripietur anima
mortui, credendum est enim, & pietas fi-
dei exoptulat credere, quod omnes ele-
mosynae totius Ecclesiae, & orationes, &
iustitiae

iustitiæ opera, ac misericordiæ, subueniāt
 recognoscenti suam mortem. per suā con-
 uersionem, ideoq; nemo digne poenitere
 potest, quem non sustinet vnitas Ecclesiæ,
 neq; quis proinde petat sacerdotes per a-
 liquam culpam obnoxam quampiam ab
 Ecclesiæ diuisos, etc. luit Iudas ad diuisos,
 & diuisus perijt, neq; enim illi parum est
 cui omne bonum Ecclesiæ suppetit, siue
 in celo, siue in terra collocatū, hoc auites
 per excommunicationem, nisi reciperet
 per sanctæ matris vnitatem, vel pietatem,
 quo modo poterit vnquam poenitere, qui
 Deum inuenire beneuolum queat, quum
 eius sanctissimam sponsam, & matrem, fi-
 liam, & sororem non est uentus offende-
 re, eiusq; auxilium floccipendere. & de
 hac publica poenitentia loqui videntur
 Tertul. Pacia. Cypria. Amb. permultis ad-
 hibitis scripture testimonijs, in suis de poe-
 nit. lib. vel de lapsis erigendis, & sæpe per-
 miscere, & confundere poenitentia genera,
 vt nescias de quo agant, dum omnia e-
 nim peccata canonibus, & disciplina sub-
 iecta sciunt, omnigenam poenitentiam præ-
 scribunt, præsertim cum hæc genera poe-
 nitentia non sint. de ratione per se sacra-
 menti

De poe-
 nitentia
 lib. 1.

De peni-
tentia so-
lenni.

menti, sed modi quidam, pro qualitate
criminis satisfactorij iuxta sacerdotis co-
fessarij iudicium, quum perinde alioqui
sit priuatim ne, an publice, an solenniter
quis peccata sua satagit expiare, si modò
dignos poenitentiae fructus edat. Solennis
autem poenitentia ea erat, de qua in con-
cil. Agathen. cap. 15. iubebatur enim eius-
modi poenitentes, sicut ubiq; constitutum
fuerat, per impositionem manuum vela-
to capite, cilicio amicti, abrafa coma, mu-
tatisq; vestimentis ad poenitentiam susci-
pi, si eius aetatis fuerant, cui fides haberi
potter, & hec humillima poenitentia tunc
committi, vt citat Gratianus dist. 50. poe-
nitentes, deinde ea. sequent. ibidem ex eo-
dem concilio omnes poenitentes publicati
& solennem poenitentiam subituri, & ad
eam ab sacerdote nempe condemnati, in
capite quadragesime pro foribus Ecclesiae
episcopo eius ciuitatis vbi vbi fuerunt sac-
co amicti, nudipedes demisso humi vultu
fixisque in terra luminibus, exhibere pra-
cipiuntur sese, ipso suo habitu, & gesti-
bus, reos sese confitentes. (Tu vero obse-
cro vide mihi solennitatem) debent ibi a-
desse (inquit Cano.) decani, archiepisco-
pi, pres-

Diocesi

pi, pres-

pi presbyteri parochiarum, & presbyteri
 poenitentium, qui eorum poenitentiam,
 & conuersationem inspicere debet, & se-
 cundum modum culpæ poenitentiam in-
 iungere per gradus præfatos (id est vt mi-
 nor non soluat, quos maior ligauit, citra
 aut extremam necessitatem, aut eius qui
 ligauit consensum (ni fallor) & concilii
 Elibert cap. 53. satis innuit, & concil. Are-
 lat. i. cap. 16. & Photius Titul. 9. cap. 39. &
 alia concilia plurima, hinc tot legibus cano-
 rum est, ne quis, siue clericus, siue laicus,
 commutet coloniam, Ecclesiam ciuitatem
 parochiam absq; literis eonfessorijs, vt lo-
 quitur concilium Elibert. cap. 25. seu comi-
 municatorijs vt concil. Arelat. i. cap. 9. vel
 pacificis vt Photius Tit. 8. cap. 5. 6. etc. no-
 mocanonis sui, siue commendatitijs vel re-
 liqua cõcilia ferè vniuersa, quod vtiq; iam
 hodieq; seruetur, non ita feces vnde-
 quaquam gentium diffluerent huc illucq;
 tanquam in suam quandam sentinam, a-
 liarumq; rerum pub. Lues in alias, aliaq;
 res pub. sua scabie, atq; contagione serpe-
 ret per maximo fidei, religionisq; & peri-
 culo & impendio, hinc poenitentes ab il-
 lo Ecclesie senatu in ecclesiam induci mā-
 dat cõ-

DE PAENITENTIA

dat concil. Agath. & cū omni clero episcopum septem Psalmos poenitentiales in terra prostratum, cum lachrimis pro ipsorum absolute decantate, de hinc ab oratione quidem surgere, vti canones volunt, manusq; eis imponere, & aquam benedictam aspergere, & cinere & cilicio illorum capita operire, ac demum cum gemitu, crebrisq; suspirijs denunciare, quod sicut Adam exturbatus est e paradiso, ita eos pro peccatis admissis, ab Ecclesia eiciendos, atq; ita ministris iubere debere, vt ab Ecclesiae liminibus propellant prosequente vniuerso eos clero, & succinente illud responsorij (quod vocant) In sudore vultus tui vesceris pane tuo, Genes. 3. hęc vero, sic fieri, vt hi poenitentes conspicientes Ecclesiam totam, ob affectum erga ipsos, amoremq; maternum, dolore & miseratione percelli, haud parui faciāt, poenitentiam. Deniq; mandant concilij patres, in sacra Domini coena, iterū per eosdem decanos & presbyteros poenitentes Ecclesiae foribus sisti, nam reconciliationē poenitentium fieri oportere feria quinta ante paschae placuit visumq; est lege sancire D. Innocentio pont. (1. opinor) vt
prodit

prodit Rabanus lib. 2. instit. cler. c. 30. quã-
 quam plus minus centum annis, prior
 Melchiades papa quum ob hoc quod feria
 5. paschæ in gratiam recipiantur poeniten-
 tes, tum ob alia mysteria eius diei, ordi-
 dinauerit, non esse eo die ieiunandũ, quod
 refert Carolus Mag. si tamen ipse est vt
 sic loquar comici quum in epistola ad Al-
 binũ de ritibus Ecclesię in exordio pro-
 pè (id quod in nescio quibus cõcilijs lege-
 re me memini) & Cypria. præter alia sa-
 cramenta à Christo instituta, hodie recõ-
 ciliantur (inquit) peccatores Ecclesiæ &
 eiectioni foras ad matris vbera reducuntur,
 & exclusi à cætu sanctorum ad commu-
 nionem, qua caruerant reuertuntur, hodie
 patent carceres & dammati libertate do-
 nantur, seueritate deposita, hodie iudices
 mansuescunt. et vndiq; coniugata pietatis
 negocia, quasi abortiuas traditiones anti-
 quas sepeliunt, & Christianę religionis par-
 turiunt nouitatem etc. serm. de vnctione
 chrisimatis, & alijs sacramentis. Ita siquidẽ
 D. Hieronym. Fabiolam è genere natam
 Fabiorum Rom. secundum fortitam ma-
 trimonium priore relicto, ob quamplu-
 rima mariti prioris vitia neq; vile scortũ,
 aut

Nobilis
 Fabiolæ
 poeniten-
 tia.

aut mancipium tolerare equo animo posset, post mortem secundi mariti, in semet reuersam saccū induisse, errorē publicè falsam esse, & tota vrbe spectante Romana, ante diem paschæ in Basilica quondam laterani, qui Casariano truncatus est gladio steterisse in ordine pœnitentiū, episcopo presbyteris, & omni populo collachrymātibus sparsum crinē, ora lurida, & squallidas manus, sordidaque collo submisisse, cum omnium admiratione etc. affirmat. In epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Sic D. Ambro. lib. ad virginem Deo dicatam lapsam, instituit ad hanc ritè peragendam pœnitentiam. Primò vult eā omnē huius vitæ curam, velut mortuam, & hoc mundo defunctam abijcere procul, deinde lugubrem vestem (quam pullam Romani vocabant puto) sumere. Tertiò crines amputare, itē singula membra punire oculos perpetuò lachrymis madere, pallere semper faciem totū corpus incuria macerari, cinere aspersum, & oportum cilicio, perhorrescere. cor vero, sicut earam liquecere etc. Talis vita inquit, si pœnitentiæ actio talis fuerit perseverans, audebit sperare, & si non gloriam, certè pœnè euacuationem
ac post

ac post pauca, peccator ergo qui sibi ipsi non
 pepercerit inquit, inueniet sibi parcentem
 Deum, & si futuras gehēnæ poenas perpetua
 les, hoc paruo vitæ spacio compescuerit
 seipsum ab aeterno iudicio liberat, grandi
 plagæ, alta et proluxa opus est medicina,
 grande scelus, grandē habet necessariā sa-
 tisfactionem, nam non est dubium leuius
 esse crimen, vbi peccatum suum, vltro
 homo confitetur, & poenitet, at vbi celans
 mala sua, inuitus detegitur, & nolens
 publicatur grauius multò est facinus, &
 dicit homines nullam poenitentiam quan-
 tumuis magnam recusaturòs, si imminens
 iudicium, & supplicium aeternum, ob ocu-
 los ponerent, monetq; eam iam ingressam
 hunc poenitentiaæ agonem, fortiter sibi
 constare proposito insistere, & tanquam
 naufragium tabulæ apprehensæ inherere,
 & poenitentiaæ sese ad extremū vsque vitæ
 curriculum mancipare, nec tibi præsumas
 ab humano die posse veniā dari (ait) quia
 decipit te, q hoc tibi pollicetur quæ enim
 propriè in Dominū peccasti, ab illo solo
 te cōuenit in die iudicij expectare reme-
 diū, ita ibi Ambr. capite .8. & hortatur
 statim in principio c. 1. Ecclesiā vniuersam
 ad la-

ad lamentum, & luctum, & commiserationem, at corruptorem quoq; vltro poenitentiae carcerem admonet petere, obstringere cathenis, viscera, animam gemitibus ieiunijsq; cruciare, sanctorum auxilium implorare, iacere aduolutum electorum Dei pedibus, alioqui thesaurizatum eum sibi iram, in diem irae & iusti Dei iudicij etc, cap. 9. et vltim. (secundum quaedam exemplaria) subditur quippe, deniq; quaedam ad eandem elegantissima ad poenitentiam parenæsis, et vult nullo die omitteri Psalmum 50. pro eiusmodi negotio decantatum etc. Sic D. Basil. monacho elapso consulit, vt ad se veniat, nihil veritus, nihil prætenti admittens, sese namq; mortuum suum deploraturum, se curaturum cunctos eum suscepturos benignè, et vicem casumq; condolituros promittit, nōdum enim fores misericordiae diuinæ clausas esse, sed gratiam differentem poenam præstolari cōuersionem, confessionem commendationem, ne curcteris inquit, et tui ipsius, omniumq; nostrum miserere, sic ferè Basil epist. 183. ad Monachū elapsum Tu autem mihi hic aduerte, professionem Basil. et Ambro. ac vota (quæ nuncupamus)

mus) temporibus fuisse vfitatissima. Simi-
 liter planè hortatur Basil. alium monachū
 elapsū, ob cuius violatam professionem
 res christianas (vt fit modo hodieq;) à lu-
 dæis, & græcis, per actus scenicos repræ-
 sentari, & exhiberi; studia autem mona-
 chorū præcisa, bonos terruisse malos
 eum roborasse, & indifferentes ad pro-
 teruitatis emulationem, & imitationem
 traxisse, & quantum in ipso fuit, Christi
 gloriationem Ioannis 16. confidite ego vi-
 ci mundum, soluisse affirmat etc. epistola
 184. Idem agit epist. 185. scribēs ad elapsam
 virginem sui status pertæsam. & nunquā
 se promisisse virginitatem & Hieronym.
 eodem modo inuehitur in Susannam
 quandam lapsam etiam, & agit quem-
 admodum Ambro. vt non dubitem di-
 cere, quod ipse Hiero. lib. script. eccle. scri-
 bit vulgo fieri apud Græcos de Philone,
 & Platone, aut hunc illum, aut illum, hūc
 sequi, vel Ambrosium Hieronymum, vel
 Hieronymum Ambrosiū imitari, ob non
 solā sensū & eloquij, verum etiā verborū
 similitudinē, & ad hanc, vel certè publicā
 illā pœnitentiā, hortatus est Hierony. dia-
 conū quendū lasciuū, & eo petulantia, &
 libidā-

T

libidinis igne perditè æstuantem, vt præter alia supra atq; incestus, etiã in ipsa spelunca, vbi natus est Christus, Deo deuotã virginẽ, ad rẽ venereã sollicitare, non fuerit religio, vt in cilicio & cinere volutaretur vt solitudinẽ peteret, vt in monasterio reliquã vitę partẽ degeret vt Dei misericordiã iugibus lachrymis imploraret, nihil siquidem ita Deo repugnare, quã cor impœnitens, solũ id crimẽ esse, quod veniã consequi non possit, nunquã esse serã pœnitentiã solũ desperationis crimẽ esse insanabile etc. epistol. ad Sabianũ diacono. Ita inter pœnitentes stetit Philippum Augu. Imperat. primũ nominis Christiani. memorat. Euseb. Cæsa. lib. 6. Eccle. histo. cap. 25. & Nicepho. lib. 5. cap. 25. & alij historici, nã pro alijs alijsq; peccatis, aliter aliterq; inter pœnitentes (ita nempe veterana synodi loquuntur) erat standum vel duobus, aut tribus, aut quatuor, aut quinque, aut sex, aut septem, vel octo vel viginti, aut triginta, aut amplius annis aut omni vita sicut ex omnibus concilijs œcumenicis, & prouincialibus & pœnitentiali pontificio, & Petro Alexand. & V. Bed. & Theodoro Cantua. & Gratiano, & luone

Iuone Car. liquet, hinc enim sunt illa apud
 D. Greg. Neocæsa. θαυματουργόν appellatū
 πρόκλαυσις eorum qui ante extra foras o-
 ratorij. sua peccata deplorabant à fideli-
 bus ingredientibus, patrocinium, & opem
 fidemque, ac preces flagitabant ἀκρόασις
 eorum pœnitentiū qui intro in loco qui
 dicebatur γάρθημα fortè quòd aut ferulæ
 repositæ essent, vel quòd ibi pœnitentes
 ferulæ, id est potestati, & officio sacerdo-
 tis subderentur, auscultabant, stantes post
 catechumenos, cum iisdem sub secretam
 egressuri ὑπόπτωσις illorū qui intra tem-
 pli portas erant humi prostrati, inter cate-
 chumenos σύστασις eorū qui sunt in con-
 uentu & portio concionis reliquis sese fi-
 delibus commendantes, non cū catechu-
 mis exituri μέθεξις καὶ κοινῶν μυστήρια
 Christi sacramentorū communicantium,
 & participantū, aliaque immunera, quæ
 prolixū est percensere, & inutile, pariter,
 Nam in concilijs passim sunt obuia, ani-
 mum aduertendi, quū enim omnes pres-
 byteri suos tenerent memoria canones,
 oblato quocunq; peccatore pœnitentiam
 implorante, & facta exomologesi, melio-
 rem mentem induere percupiente, nihil

Varij pœ-
 nitentiæ
 ritus.

T ij quam

quam cationes cōsulendi veniebant, secū-
 dum quos disciplina & ordo poenitentię
 non penitendę præscribatur. attende verò
 mihi D. Ambrosium, æqui, boniq; , eiufq;
 disciplinæ, quam dicimus observantissimū
 qui suam iurisdictionem, & virgulam cę-
 soriam non dubitavit etiam in Imperato-
 riā celsitudinem, exercere, cum enim
 ægrè tulisset Theodosius August. statu-
 ta, decretaq; sui consistorij mox subolere
 Ambrosio, fama vulgi crescente, quę si
 bona erant probanda, sin impia improbā-
 da meritò sacerdoti erant, eoq; latere se-
 se ea quam agnita non arguere maluisset
 Episcopus Amb. cū Augustum vehe-
 mentioris, & irritatoris animi cætera reli-
 gionis, pietatisq; studiosissimū nosset, tum
 ne ipse Ambro. aut suo officio, aut impe-
 ratoris salutem deesse putaretur, facinus il-
 lud in vrbe Thessalonicensium factum ab
 Imperatore, quod maximopere Ambr.
 antequam fieret dissuaserat, & se & om-
 nes gallorum Episcopos & synodum to-
 tā haud mediocriter accepisse memorat.
 Eijciendum porro eum omnes censuisse
 à cōmunionē, & reconciliationem ei
 prorsus esse necessariam, neq; id eum aut

irasci

irasci, aut pudere debere, quod illi cū Da-
uide, & alijs regibus satrapis, & magna-
tibus commune est, id quippe nunc esse
pro peccatis expiandis penitentiam, quod
olim in veteri testamento sacrificia, neque
mirandum, hominem peccare sed repre-
hendendum protinus, si non cognoscat se
errauisse, tolli autē humilitate, lachrymis
& poenitentia peccatum, secus nec ange-
lum, nec archangelum, neque dominum
ipsum relaxare, non parcendum proinde
verecundia, non habere quidem se cau-
sam contumaciae, sed timoris, offerreque
se non audere sacrificium ipso praesente et
assistente, ita enim per reuelationem edo-
ctum sese, vt cum illo ageret, & ab eius
communione abstineret, eius namq; ob-
lationem, non esse Deo gratam alioqui a-
mare diligere orationibus prosequi com-
munionem desiderare, id si credat ipse, cu-
pere vt mouentē audiat, id si non facit, ig-
nosci velle, si deum praeferat homini Am-
brosius. Sic epist. 28. ad Theodo. Aug. Itē
in oratione fnebri, quam habuit super
morte Theodosij Mag. audiente D. Ho-
noro filio principe, & altaribus assistente
patriq; iusta persolvente celebritate oc-

T iij corrente

penitentia
sacrificij & li-
tationis
instar.

Parenta-
lia iusta-
que func-
bria fieri
solita.

currēte quadagesimi diei obitus eius (itā
consuetudo apud Christianos inoleuerat,
vt alij tertium diem, et tricesimum, alij
septimum, & quadagesimum obitus ob-
seruarent religiosè vtramq̄; enim obser-
uationem Ambro. testatur habere autho-
ritatem è scripturis, qua pietatis officium
extremè impletur) postquam varijs signis
coelum, terramq̄; portendisse tanti princi-
pis mortem & quasi defleuisse dixisset,
eumq̄; multis laudibus extulisset, quod
erga noxios clemens, erga fidem & reli-
gionem feruens, erga hostes strenuus, er-
ga precantes & supplices indulgens, erga
pauperes benignus quodq̄; immanē quan-
tatem exigendę annonę relaxasset, quod
vbi peccatum obrepisset, veniam humi-
liter postulauisset, dilexi virum (inquit)
qui magis arguētē, quam adulantē pro-
baret, stravit omne regium insigne quo
vtebatur, defleuit in Ecclesia publicè pec-
catum suum, quod ei aliorum fraude ob-
repserat, gemitu, & lachrymis orauit ve-
niam, quod priuati erubescunt, non eru-
buit imperator publicè agere pœnitentiã
neq; vllus postea dies fuit, quo non illum
doleret errorem, quid quod præclaram a-
deptus

deputus victoriam? tamen quia hostes in
acie strati sunt abstinuit à consortio sacra-
mentorum, donec Domini circa se gra-
tiam filiorum experiretur aduentu etc.

Prosequitur & encomijs & precibus mu-
tis animam Augsti, confidit se exauditum
iri inquit, & D. Ruffinus quoq; eccle. hist.
lib. ii. cap. 8. iniusta est ait, religiosissimo
principi quadam surreptione turpis que-
dam macula, etenim cum apud Theffalo-
nicam seditione exorta, quidam vir mili-
taris ordinis impetu furentis populi fuif-
set extinctus, repentini nuncij atrocitate
succensus, ad ludos Circenses inuitari po-
pulum, eiq; ex improviso circūfundi mi-
lites, atq; passim obuios, quosq; obtrunca-
ri gladio iubet, & vindictam dari nō cri-
mini, sed furori, ob hoc quum à sacerdoti-
bus Italiae argueretur, agnouit delictū, cul-
pāq; cū lachrymis cōfessus publicā poeni-
tentiā in cōspectu totius Ecclesiae exegit
& canonicū sibi tēpus ascriptū, patienter
impleuit quibus omnibus hoc quoque
quod mirum est adiecit, lege sanxit in po-
sterum vt sententiæ principum sup e: ani-
maduersione prolatae, in diem tricesimū,
ab executoribus differrentur, quo locus

T iij mise-

misericordiae, vel si res tulisset poenitentiae
 non periret. Eutropius vero dicit eum octo
 mensibus excommunicatum fuisse, & cum
 ante expletum poenitentiae tempus & ab-
 solutionis gratiam, filis precibus Ruffini
 viri consularis praesumpisset accedere ec-
 clesiam quod grauem, acremque repulsam
 ab D. Ambrosio sit passus, nec aliter tan-
 dem a vinculo solutus, quam legem conderet
 iubente antiste Ambrosio, quae sententiam
 mortis & praescriptionis non ferendam de-
 cerneret antequam 30. diebus causa esset
 ventilata etc. lib. 13, de gest. Ro, §. Theo-
 dosio. Similiter Freculphus To. 2. lib. 4. ca.
 27. Cassidorus ex Theodoretis ita narrat
 rem gestam hist. tripart. lib. 9. cap. 30. Tes-
 salonicae quae vrbs totius Achaiae, Thessa-
 liae Illyricae Macedoniae princeps est, non-
 nullos e magistratu imperatoris, & iudi-
 cibus, orta seditione fuisse lapidatos, &
 trucidatos, id vero Theodosium, ita male
 habuisse, ut nulla proposita causa, nullo
 praemisso iudicio, fontes, infontesque pariter
 puniri iusserit septem millia hominum, quo
 audito Ambrosium restitisse mediolanen-
 se templum ingressuro Augusto, indignum
 asserentem, qui ijs pedibus pavementum
 calcet,

calcet, ijs oculis templum aspiciat, hisce
 manibus corpus Domini accipiat, hoc ore
 sanguinis poculum gustet, suscipiendum
 certè vinculum & ligandum eum, vt me-
 dicina ea sanctitatem reddat, atqui regem
 sane sacerdotum, regumq; officia intelli-
 gentem, cum octo mensibus perpetuis ge-
 mens & flens atq; lamentans in palatio
 perdurasset ingruente natalis domini festi-
 uitate, accessisse Ruffinũ magistrum prin-
 cipis familiarem, & quẽssisse tanti doloris
 causam tunc autem respondisse Theodo-
 sium, templum quod alijs patet & com-
 mune est omnibus, præclusum sibi dein-
 de & cælum & terram ipsi interdictam, tũ
 Ruffinum properasse ad Ambrosium vt
 vinculum solueret, quo imperator ligatus
 tenebatur Imperatorem autem, quãquam
 nosset Ambrosij constantiam, & animi
 integritatem indeprauatam penè secutum
 Ambrosium ita Ruffinum durè excepisse
 vt Augusto suaderet iam media via pro-
 fecto reditum, inflexibilem enim esse
 episcopum, ipsum autem percepisse nõ ta-
 men Ecclesiam, sed saluatorium intrasse
 ibiq; supplicem factum orauisse pro vin-
 culi solutione, Ambrosium autem tyran-
 nidem

vnde pro
 batũ ha-
 bem⁹ Eu-
 charistiã
 olim in
 manuũ
 porrigere
 solero.

DE PAENITENTIA

eidem taxasse, legum diuinarum reū clā-
 mauisse, & transgressorem, at illum nolle
 Ecclesiasticas sanctiones infringere se di-
 xisse, neq; limina vetita contingere sed
 postulare absolutionem & ecclesiae ingres-
 sum, quam Dñs praeceperat poenitentiam
 agentibus aperiri, tum antistitem interro-
 gauisse, quam poenitentia ostendisset ipse
 quibus emplastris tam diras plagas cu-
 rauisset. Tuum porro eū dixisse opus &
 docere, & medicamenta temperare, suum
 autem oblata suscipere, Ambrosium itaq;
 postremo mandasse vt legem ferret, qua
 causa mortis & proserptionis examinari
 deberet 36. dierū spacio, atq; ita eū soluisse
 legē autē eā deinceps obtinuisse. Iam ve-
 ro mihi attende poenitentiae quam subije
 modū nāq; Theodoret. eum non stetisse
 neq; genua flexisse, sed pronum in terram
 iacuisse, & Dauidicum illud immurmu-
 rauisse adhæsit pavimento anima mea, vi-
 uifica me secundū verbū tuū, manibus au-
 tē, capillos euulsiſſe frontē, percussisse, pa-
 uimentū lachymis resperſiſſe, itaque ve-
 niam implorasse.

Cū deniq; oblationē esset facturū, sur-
 rexisse cum lachrymis, & ingressum, &
 more

more suo stantem intra cancellos, ab Ambrosio iterum obiurgatum, differentiam locorum edocente, Primo enim Episcopum quesivisse, quid ibi moraretur, eoque respondente, se expectare sacrorum mysteriorum perceptionem per Archidiaconum significasse, interiora loca sacerdotibus tantum concessa, ceteros nec introire nec contingere ea permitti, Imperatorem vero dixisse, non tam præsumptione, quàm consuetudine Ecclesiæ Constantinopolitanae id fecisse, non tamen alterius Ecclesiæ refellere consuetudinē. eāq; etiam nolente Episcop. Nectario. Constantinopoli post servavisse, & existimavisse parem se nunquàm Ambrosio reperisse episcopum, ac sacerdotem, ita D. Cassidorus hist. tripart. lib. 9. cap. 30. Eodem prope modo Niceph. li. 12. eccl. hist. c. 40. & 41. nisi, quod Theodor. neq; lib. 5. eccle. hist. ca. 12. 18. 19. neq; in tripart. hist. quàm citavimus ita apertè rationē seditionis natae Thessalonicae, prodatur atq; Niceph. quàm fuisse opinatur, quod cum curule certamen in ea ciuitate exerceretur, essetq; quidam civis auriga captus, ob nescio quod facinus, eius palestra admodum peritus, vulgo orante, &

plebe

plebe vniuersa, non fuerit, dimissus, sicq; res ad arma, & seditionem spectarit, quae quidam curiales oppressi sint, quamobrem Augustus grauissimè insensus, suorum mortem temerè. & absq; iudicio, ira & velut furijs ac intemperijs percitus, quam ratione motus magis vindicavit, Similiter Sozome. libro. 7. cap. 24. Nam pro varietate peccatorum, tot, vel diebus, vel septimanis, vel mensibus, vel annis inter penitentes, alijs tot inter catechumenos, alijs tot inter discommunicantes, poenitentiam agētibus iuxta sacerdotis ac episcopi sententiam standum, in primitiua Ecclesia, cū orientali, tum occidentali fuisse, & suum quenq; locum propriū in Ecclesia, alium paganos ad audiendum verbum Dei, alium energumenos, alium catechumenos, alium poenitentes, alium non poenitentes & fideles reliquos, alium mares, alium foeminas, aliū laicos, diuersum clericos, & sacerdotes, alium communicantes, alium non communicantes ex veterū monumentis compertū est fortiri solitum & omni tempore ieiunij manus imponē oportere poenitentibus à sacerdotibus, habetur in antiquis statutis Ecclesiae, citatis
 in con-

in concil. Carthag. 4. cap. 80. et poenitētes
 etiam diebus remissionis genua flectere
 debere, cap. 82. & negligētiores poeniten-
 tes, tardius reconciliandos, ibidem ca. 75.
 Qui autem poenitentiam implorant, siue
 sensus, siue rationis, siue linguæ postea red-
 dantur impotes, ante absolutionem, re-
 conciliandos per manus impositionem, et
 cōmunionem muniendos viatici, si autem
 superuixerint, statutis poenitentiae legi-
 bus subdendos, quamdiu sacerdos proba-
 uerit cap. 76. etc. Qui verò poenitentium
 leges subierint diligenter, & ante recon-
 ciliationem quocunq; casu, vel terra, vel
 mari obierint, suum diem, eorum memo-
 riam, & orationibus, & oblationibus cō-
 mendandam cap. 79. De facto autem Ne-
 ctarij episcopi Constant. ita habet. Necta-
 rius Constantinopolitanae Ecclesiae cura-
 tor inquit, Niceph. primus omnium, pres-
 bytero, qui à multo tēpore in Ecclesijs
 poenitentibus praefuerat, dignitatem ab-
 rogauit, quem ferè orientales Episcopi
 omnes, sunt secuti, quid vero id sit, & vn-
 de initiū sumpserit, & quā ob causam, tū
 esse desierit alij alia memoriae prodiderūt
 ego autem vt sese res ipsa vere habet ex-
 ponam

De facto
 nectarij.

ponam quandoquidē nihil peccati admit-
tere, nō humane, sed diuinæ & immortalis
naturæ, est proprium, nos verò per trans-
gressionē, semel peccādi hæreditatem adi-
uimus delictorum eis veniam Deus cō-
cedere, iussit, qui legitima, & conuenienti
pœnitentia vsi deinceps simul peccatū &
auerfantur, & confitentur, graue autem e-
piscopis, qui proximè post Christum fue-
re, est visum, in media plebe veluti in thea-
tro, noxam confiteri, quapropter ex pres-
byteris vnum delegere, qui probatæ vitæ
esset, & simul taciturnus, & prudens,
apud quem per pœnitentiam resipiscen-
tes, commissa sua proderent, proinde fa-
ctum, vt seorsim huic, quæ perpetrassent
mala propalarēt, atq; ille peccatorū cōfes-
sione audita, quū quid factū opus esset, &
quomodo crimē diluere conueniret, mul-
cta imposita ostēdisset, permittebat, vt qui
peccatū admisissent, ipsi à se peccati pœ-
nas sumerent, apud Nouatianos huius rei
nulla est cura, quū etiam ritus iste, propter
eos esse institutus fertur, cū cōmunicare
ipsi cū illis nollent, qui sub Decij persecu-
tione fidē abnegarant, & demū resipiscen-
tes ad eam redire flagitabant, nā eius tem-
poris

poris episcopi repugnantes, & reclamantes, hinc Nouati dogmati, Ecclesiasticum canonē secuti, in ecclesia qualibet presbyterū poenitentiariū constituerūt, vt ab hoc qui post baptismū peccarent, crimina sua cōfessi, absolutionē eorū peterēt, & obtinerēt. Canō verò iste, lōgo tēpore in alijs quoq; sectis, & alijs sectarijs seruatus est, in occidētalibus autē ecclesijs ad hūc vsq; diē obtinet, atq; maximè in Romana, vbi quoq; certus est poenitentium locus, stant illi perinde, atque iudicio condemnati essent, vultu demisso admodum lugentes re autem diuina peracta illi quidē ea sacra nō percipiūt, quæ eis percipere sas est, qui sacris sunt operati, atq; litarunt, cum eulatu autem & multo luctu, se illi ad pedes eius qui rem diuinam peregit, prouoluunt, deinde qui tum ministeriū eiusmodi ceremoniæ est sortitus, ad eos directus accurrit, ac itidem collachrymās sese humi quoq; sternit, tū reliqua Ecclesiæ multitudo circumstans, & ipsa item flens lamentansq;, lachrymis, & mœrore perfunditur, postea primus exurgit, seu presbyter, seu Episcopus is sit, & illos similiter surgere iubet, & facta oratione, & precatus ea
 quæ

quæ pœnitentibus cōgruunt, postquā au-
 diuit, & dixit quæ opus est, dimittit con-
 cionē, ipsi vero suo quisq; loco segregati
 secundū quod cuiq; est iniunctum, se ma-
 cerant, vel ieiunijs, vel vigilijs vel frequē-
 tibus precibus, & respicientia, vel illuue
 & deliciarum abstinentia, vel modis alijs
 præfixū suū quisq; tēpus ab episcopo præ-
 stolātes, vbi verò ad hunc modū alacriter
 libentiq; animo, debitū persoluerint pen-
 sum, à crimine absoluuntur simulq; cum
 cæteris in Ecclesia, eodem iure, cōmunio-
 neq; eadem, conuentus frequentant. hūc
 ritum iam inde ab initio ad hoc vsq; tem-
 pus Romani Episcopi habuere, qui ab eis
 inde ad Ecclesias reliquas omnes perue-
 nit præterquam ad Nouatianos, qui pœ-
 nitentiā prorsus non receperunt, auersati
 sunt autē etiā hunc presbyterū ὁμοούσιος id
 est constantialis fidei professores, authore
 Nectario, ob eiusmodi causam, atq; occa-
 sinem, mulier quædā ait nobilis, quū pec-
 cata sua esset confessa, ieiunio, & orationi
 vacare, & in Ecclesia permanere, ab eo
 quem diximus presbytero iussa est, quod
 vbi fecisset, postea à Diacono, qui cum
 ea concubuerat, constupratam esse se in-
 dicauit

Similiter
 Sozome.
 lib. 7, ca.
 16.

dicauit confessaque est palá, id factū esse
 cū vulgus nosset, pessimè tulit cōtume-
 liã esse Ecclesiæ, indignū facinus existimãs
 hinc Itaq; nõ minima calumnia et crimi-
 natio seu expostulatio cōtra vniuersum
 ordinem sacerdotum nata est, Nectarius
 autem dubius quidnam ageret, diacono
 quidem, vtpote scortatori, ademit offi-
 cium, verū neq; sic malo sopito, sed ma-
 gis magisq; Ecclesia turbata viris sacris in
 suspicionem sinistram venientibus, mul-
 tisq; dicterijs lacestitis habita deliberatio-
 ne, quorundam consilio potissimū Eude-
 monis eius Ecclesiæ presbyteri, patria
 Alexandrini, ne amplius in ecclesia pres-
 byter esset pœnitentiarius, Nectarius pa-
 triarcha Constant. statuit, illis suadentibus
 vt cuiq; permitteretur pro conscientia, &
 sua fiducia cōmunicare, & de immacula-
 tis mysterijs participare, sic enim fore ec-
 clesiam liberam, immunemq; ab hac in-
 iuria, & contumelia, & hoc equidem in-
 de in statu Ecclesia permansit, ego verò
 ea certè re Ecclesiam è prisca illa, & vene-
 randa gravitate, excidisse, & ad arbitra-
 rium inconsideratumq;, & indiligentem
 morem prolapsam esse, & paulatim ab ac-
 curatiore

V

curatiore

73
curatiore disciplina, desciscere coepisse existimo, æquum profectò est, & creditu facile, minus antè peccatorum fuisse. quum propter eorum, qui peccata confitebantur verècundiam, tum ob iudicum ad hoc institutorù industriam inquisitionem, quàm nunc etiamq; id ita, vt fors tulerit, et quandocunq; cuiq; libitù est fiat, atq; hinc planè factum est, vt alter alterius peccata non arguat, illudq; Apostoli minimè seruetur, nolite communicare operibus tenebrarum infrugiferis, sed multo magis ea arguite, qua etiam de causa, Theodosium Mag. piæ memorię ecclesiæ honori seruientem, et consulentem, eù primù legē proulgauisse coniectura sequor nequaquam mulierè nisi sexaginta annorù, qui liberos educarit, id quod Paulus diserte sanxit, in ordinem ministerij et cleri cooptandam. Sic Niceph. Cal. eccle. histo. lib. 12. cap. 28. et Casiodorus è Socrat. et Sozome. histo. tripart. lib. 9, cap. 35. Lex ea Theodosij est de Diaconissis, et nulla C. de Episcop. et cleri. quam ipsam ab eodè Theodo. violatam, ob negatã ab Antiochenis exactiõnẽ quandã nouã, et deiectã Placillæ Augustæ statuam, religiosissimi quiq; graui-
ter tu:

ter tulere, vt habet hist. tripart. lib. 9. cap. 32. præsertim Chrysoſt. in Homilijs ad populum Antioche. Quem porrò veteranū pœnitentiæ canonē, vſque ad Nouati tempora, vbiq; gentiū et Eccleſiarū Apoſt. ſeruatū interpretabimur, niſi traditionē, et Apoſtolorum adeoq; ipſius Chriſti de exomologefi ſacerdoti facienda, non quidem cuiq; libitū fuiſſet, ſed ſuo nempe paſtori præſbytero, aut epiſcopo, et ſacerdoti ad eā functionē ordinato? (nam neminem præſbyterum, aut Epiſcopū poſſe, aliū quam ſuæ diœceſeos parochiæ, vel ditionis, aut iuriſdictionis, quam dicunt, cuiquam adminiſtrare quæcunq; ſacramenta, compluribus decretis cautū erat)

Quid autem occasione Nouati, ei canoni additum eſſe inferemus, niſi cū cuique ex multis eiſdem eccleſiæ præſbyteris integrum fuiſſet, eouſq; vnū quemlibet deligere iam tunc vnum ſingulariter ad excipiendos pœnitentes, accitum fuiſſe, qui ſcire poſſet, qui confeſſi eſſent, qui non ne quis prætexti quippiam haberet, ſi veniret in ſuſpitionem, vel accuſationem hæreſeos Nouatiana, ſi huic præſbytero pœnitentiario non fuiſſet cōfeſſus, et ita nul-

Vetus pœ
nitentiæ
canon.

li eius secte adeunda pateret locus? Sic enim propter Manichæos, qui die dominico ieiunabant inhibitum est ne quis catholicus, eo die ieiunaret, vt habet Aug. Ecquid vero prisco ritui accessit per Nouatian, nisi quod pœnitentia quæ siue priuata, siue publica, seu solennis eatenus pro sacerdotum arbitratu diuersorum fuerat iniuncta, id solennitatis acceperit, vt vnicuique omnes pœnitentes committerentur, & ad priuatū aliquem cuncti, si tempus certè, & locus, & res ipsa pateretur recurrerent, qui id ipsum ageret neq; plus, neq; minus, quam ab alijs præsbyteris, diu olim agi, erga pœnitentes consuetum erat id secundum canones, pœnitentiam indiceret? Quid igitur cum hæc constructio, quamuis dura iam seruata in oriēte & occidente centum annis plus minus esset, & Nouatiani in alias aliasq; sectas, desciuissent, quid inquam ex ea narratione concludemus, nisi Nectarium hac causa præsertim urgente, aliosq; episcopos suas Ecclesias, suosq; populos in antiquam illam afferuisse libertatem, & duram illam pœnitentiæ conditionem amouisse, disciplinam pristinam autem, qua cuiq; liberum erat

erat eligere confessarium, quem voluisset
 è multitudine præsbyterorum vindica-
 uisse? Quis hinc statuatur confessionem, &
 poenitentiam priuatam sublatam fuisse, aut
 confessionem inter adiaphora (vt vocat stoi-
 ci) quæ neq; ad foelicitatem, & beatitudi-
 nem, neq; ad infelicitatem cõferunt, vt sunt
 diuitiæ, honores, vires, valetudo corporis
 cæteraq; id genus (nam sine eis, felice cer-
 tum est esse & beatum posse quem, cura
 earum vsus vel rectus felicitatis, vel pra-
 uis miseræ author sit, quod inquit Laert.
 lib. 7. & Aul. Gell. in att. noct.) aut inter
 ἀγιογραφὰ duntaxat computandam esse?
 Quis ita præpostere sapiat, vt id historiae
 illi argumento sit, confessionem non esse
 diuini, sed humani tantum iuris, & ponti-
 ficij, quod sane permaximi precij sem-
 per fuit, apud Rom. vt constat ex libris de
 legibus apud Tull. & Valerium Max. atq;
 alios, quum rei eius nulla hic fiat mentio
 Imo quum quod humanum erat mutatum
 sit, quod diuinum haudquaquam magisq;
 probari ex omologesi priuata, quam abro-
 gari videatur, si bene expendatur, & ni o-
 mnia peruersa possent pervertere mentes
 tametsi sicut Nicepho. testis est, per illam
 V iij præbyte-

ciis
 .souldug

DE P A E N I T E N T I A

prębyteri pęnitentiarij abrogationem,
 atq; definitionem, haud parum disciplinę
 Ecclesiasticę decessisse compertum fuerit
 nam vbi rigor (vt aiunt) ibi vigor, & vbi
 quis dolet, ibi & manum frequens habet
 & dum quis impunę se peccaturum non
 esse, meminit, minus agit licenter, Ita sane
 Socra. se ad Rudęmonem illũ dixisse scri-
 bit, an consilium tuũ ę re ecclesię sit deus
 d. prębyter nouit etc. lib. 5. cap. 19. Cass. ę
 Sozem. quoq; arbitratur ea consuetudine
 antiqua abolita. plura grauioraq; peccata,
 cum ob pudorem admissa confessionis, tũ
 examinantium subtiliter morem depra-
 uatũ, li. 9. hist. tripart. cap. 35. Nam si quod
 ego sentio, siue illa confessio in teatro co-
 ram populo fideli ab ipsis pęnitentibus
 quod mihi magis probatum est, siue ab ip-
 sis episcopis, aut prębyteris fieret, quod
 nonnullis videtur sicuti eam exceperant
 ab illis prius nõ paruum ad virtutem eli-
 gendam vitiumq; fugiendũ addebat cal-
 car hominibus, vt pręteream quod erant
 omnes vnus Ecclesię, vni astricti pręby-
 tero, id quod molestum erat, quum videre
 sit, hodieq; vsu veniat, in delectu confessa-
 rij tot sententias, quot penę homines in-
 ueniri,

Confessio
 publica.

ueniri, & complures absq; exomologesi
potius mortem subire mauelle quam aut
huic, aut illi, cordis sui arcana pandere.

Certe sub tempora Nectarij Theodo-
sius imperator Constantinus, peragere de-
buit, q̄auis inuitus, repugnanteq; natura,
pœnitentiam publicam, iubente Ambro-
sio. Quid ni igitur D. Theodosius com-
misit inter se Ambrosium, & Nectarium,
si is humanum institutum existimabat, nē-
pe sacerdoti confiteri peccata & ab eo pe-
tere pœnitentiam & absolutionem, quod
ille diuinum acerrimè contra Nouat. de-
fendebat? aut si ita censuit Nectarius, qui
non fuit oro, condemnatus ab Eccle. tan-
quam Nouatian? Erat certè ipse Neophy-
tus, cuiusmodi inhibentur, & à Paulo, & à
maiorum canonibus, adire aliquam digni-
tatem, ac functionem ecclesiasticam. Nam
ex pratore urbano catechumenus, & nu-
per baptizatus sacerdotium suscepit teste
Ruffino eccle. hist. lib. II. cap. 21. & ecclesia-
sticæ disciplinæ, atque regulæ imperitus
(quod & hinc probatum habemus, quòd
aliorum magis, & fortè Nouatianæ farine
quid sapientium, quam proprio consilio
fretus, eam rem egerit) tum quod ipso au-

V iij thore,

thore, Arrianis, Ennomianis, Macedonia-
 nis exturbatis solos Nouatianos Constan-
 tinopoli intra urbem, Ecclesias, orato-
 ria conuentusque habere licuit, quod ha-
 bet Cass. è Socrat. hist. tripart. lib. 9. ca. 36.
 suadente nimirum Nectario, & illiusmo-
 di consultoribus alijs fortasse Nouatiani
 dogmatis cãdidatis, quibuscum sanè Nec-
 tario consuetudo familiaris erat, quod ex
 Socrat. Theodo. Sozo. liquet. Nam cũ Ec-
 clesia Constantinopolitana abrogato Ma-
 ximo. Apollinarijs vesania imbuto, episco-
 po careret, & nemo inueniri posset in cle-
 ro, qui non aliqua hærescos labe esset in-
 lectus satagente D. Greg. Naz. qui Con-
 stantinopolim reliquerat, vitam amplexus
 monasticam, ne diu sedes vacua esset, &
 oues pastore carerent, susceptus est neces-
 sitate cogente, de curiali administratione,
 & laicali seculariq; militia, cum ob generis
 nobilitatem, tũ vt Ecclesia hæreticorum
 expugnatorem, suiq; defensorem habe-
 ret Nectarius axiomaticus id est clarus et
 illustris, à patribus 150. teste Niceph. Cõ-
 stantinopo. archi. in chronoto. & Socrat.
 lib. 5. eccle. hist. cap. 8. & Theodo. lib. 12. c.
 12. quamuis id sane contra patrum, atque
 canonicas

Nemo i-
 tegra fi-
 dei repe-
 riri po-
 tuit Cõ-
 stantino-
 poli.

canonicas institutiones emergentis neces-
 sitatis causa non exempli, ac authoritatis
 inde sumenda, in synodo z. oecumenica
 sit factum vt manifestum est in octava sy-
 nodo vniuersali Act. 4. & hist. tripart. lib. 9.
 cap. 13. & Nicep. li. 12. cap. 12. & conq. cō-
 stant. i. sub Damaso in principiū quōdāliquinā
 do per gradus & non per saltum, nec rei-
 pente ad sacerdotium promouendum sit;
 secundum canones. Quamquā igitur Nec-
 tarius non nisi i appendicem, & quādam
 seu nouellam, seu clausulam veteri cano-
 nicā adiectam, eraserit, eedem multitudine
 tumultuanti, sicut D. Ioannes papa & mar-
 tyrā D. Iustino imperat. ortho. in plura
 uis, & impetrauit vt quibusdā placet Ar-
 nianis ecclesiam propter importunitatem,
 impietatemq; Theodorici regis Gotho-
 rum, fauentis Arrianis quamquā id in eoq;
 in Nicepho. hist. neque alijs historijs sit
 reperire, nec in epistolis, quas scripsit ille
 D. Ioannes id est in o. diuersum plane te-
 gatur; quod cōtemptis minis tyranni, ve-
 tuerit Arrianis Ecclesias, aut oratoria dari
 verū si in uera exempla etatis nostrae
 peruideamus, quod D. Imperator Carolus
 sub condicā concessit, sed permisit hoīe q;
 in Gal-

in Gallijs, & alibi boni principes maioris
 mali euitandi, prohibendiq; gratia permit-
 tunt inter religionem, siue interim & alia
 plurima, & diu olim, hodieq; eadem ratio-
 ne & Casareo & pontificio iure permitti
 compertum est, tametsi inquam id ita fe-
 cerit Nectarius, attamen neq; quod ipse
 fortè hic lapsus est (non enim mea senten-
 tia derogandum erat statui, & ordini Ec-
 clesiastico, propter aliquos dyscolos, què-
 admodum tutatur Hiero. vigil. contra Vi-
 gilantium, quamuis nonnulli, sicut alijs o-
 mnibus bene institutis abutuntur, non e-
 nim spernenda ars est, propter quosdam
 qui in ea male versantur) non inquam mi-
 randum etiã si ipsam (quod nequicquam
 fecit certe) confessionem & poenitentiam
 semel prorsus tanquam Nouatianus refu-
 tasset, cum plures alij Episcopi Constan-
 tinopolitani, Alexandrini, Antiochẽ etc.
 aut æque, aut grauius errauisse perscribã-
 tur, sedit namq; ibi Eusebius ante Berythi
 demum Nicomediæ Episcopus Arrianus
 sane deinde Macedonius oppugnator san-
 cti spiritus, vnde Macedoniani. Item En-
 dopius Arrianus, qui prius fuerat Germa-
 nicæ, dein Antiochiæ antistes, præfedit
 ibidem

ibidem Demophilus Arrianus, itidē qui prius fuerat Berrhoeæ, in Tracia vt Nestoriorum, Eutyrium, Sergium, Pyrrhum, Paulum, aliosq; penè infinitos, cum huius, tum aliarum diocesion Graciæ, Asiæque ac orientis episcopos, omittam qui alius aliter à fide catho. excidere. Neq; si Nectarius ad Nouatianorum partes declinauisset, ratus non esse iuris diuini exomologesim, & poenitentiam, & absolutionē sacerdotalem, sed pontificij duntaxat putandum, hæreseos notam ipsum effugere potuisse, potissimum cum fuerint id temporis viri auritissimi. Hiero. Ambro. Epiph. Basil. Greg. Naz. Chryso. alijq; quā plurimi, quibus statim subolebat, quicquid per orbem vniuersum nouarum hereseon oriebatur, scriptis vltro citroq; mutuo litteris, quiq; mox aut factū Nectarij stricto calamo reprehendissent, si quod ipsi accuratissime defendebant ius esse diuinum, ille tanquam ius humanum, vel occasione seu quacunque ratione tandem abrogare attentasset, cum illi potissimum rei, omnem suam operam, omnes horas, omnia studia nauarent, vt tam bene vera astruerent, quam falsa destruerent, id quod vel
summis

De defe-
ctione
multorū
episcopo-
rū orien-
talium.

DE PAENITENTIA

summis labijs eorum saliuam gustati, per-
 suasum est, aut certe si ea res, vel leuiter ob
 hoc factum in dubium quæstionemque
 versa fuisset, meminissent, memorięq; pro-
 didissent. Deniq; aut tot retro pontifices
 Romani, suam erga poenitentes disciplinã
 remisissent, aut Ecclesiam Constant. aliãq;
 damnauissent, si hæ humana, diuinaque
 permiscuissent, idq; humanum duxissent
 institutum, quod illos semper id diuinis
 habuisse certo certius est, si quæ ad probã-
 dum persuadendumq; momenta habent,
 quas retulimus rationes non dissimulasset
 credo hæresim Siricius papa, eo temporis
 sicut testatur Socrat. qui de poenitentię di-
 sciplina conscripsit plurima, aut Damasus
 eius præcessor, sub quo subrogat⁹ est, Ne-
 ctarius, & coactum concilio orient. & occi.
 episcoporum Romæ anno Domini 384.
 quo eodem tempore, concilium quod in-
 stituerat, Nectarium præsentem Theodosio
 August. seniore, initium est pro pace Cõ-
 stantinopoli 150. patrum cõparanda, quod
 & acta concilij & institutionem Nectarij
 aliorumq; orientis Episcoporũ, & statutũ
 ad Damasum, Ambrosium Britonium, re-
 liquosque synodi Romanæ patres refert
 humi-

humiliter vt est apud Cassio, histor. trip.
 lib. 9. cap. 14. & sequent. & Nicephor. Cal.
 lib. 12. cap. 16. haudquaquam fuissent, cæte-
 ra tam vehementes Ecclesię Catho-asser-
 tores Epiph. Cyprian. Salanimæ tunc epi-
 scopus, tam morum, quam annorum can-
 cie venerandus. Paulinus Nolæ campaniæ
 Aug. Hippo. Theophilus Alexandria Pa-
 cianus Barcilonæ. Prosper Regij. Ruffinus
 Monachus ac deinde Aquilegiensis Eccl.
 præbyter, Ambrosius Mediolani Basil.
 Cesareæ Cappa. Helladius pōtif. Grego.
 & Petrus D. Basilij magni germani ille
 Nyssæ, hic Sebastæ. Amphilocheus Iconij,
 quæ Icaonia ciuitas est, Optimus pisidiæ,
 Diodorus Tarsi Ciliciæ. Pelagius Laodicię
 Eulogius Edessæ, Meleti^o Antiochię Aca-
 cius Berrhoeę, Isidorus Cyri, Cyrillus
 Hierosolymorum, Gelasius Cesareę pale-
 stinæ, alijq; quamplurimi, sub ea tempora,
 aliorum, aliorumq; locorum episcopi re-
 ligiosissimi, non tulisset Chryfostomus an-
 tiochiæ presbyt. primum, aut si is conui-
 uisset, haudquaquam certè id ipsum tacuis-
 set Epiphanius de suo insensissimo hoste
 alijq; condemnationis eius vnus & alte-
 rius authores, non temperasset calamo S.
 Hiero-

DE PAENITENTIA

Hieronymus qui vel suspicionis hæreticæ impatientissimus, solum pietatis genus esse existimabat hac in re esse crudelē. Quis porrò tulisset Gregorius Naz. qui sibi vivere volens, & senectutem tranquille transigere, sese huic oneri subduxerat, qui literis quas ad Nectarium dedit, gratulatur honori, & sacerdotio, quod is pridem obierat, gaudetq; eum omnes calumnias superasse. Quidni enim huiusce non venit in mentem, ut diluat, ut purget, ut tanquā nominis maculam abstergat, nam tā hanc maximam ipse haud dubie æstimauisset, si audisset Nectarium ad nouatianos descisse, & remissionem peccatorum non esse sacerdotalis officij censuisse, hoc presbytero poenitentiario vno amoto, quam ipse odio capitali nouatianos semper verbotenus puros (quod inquit) prosequutus sacerdotum munia commendarat, quomodo id non fuisset indignatus D. Basilii cognomine magnus alter ille non fuisset istud passus hercle. D. Theodosius Augustus, Arcadius, Honorius, alijq; principes orthodoxi Romanę disciplinæ, & fidei religionisq; obseruantissimi, damnassent omnes retro pontifices Ecclesiæ Romanæ

manæ

manã quę (nescio quibus fati) perpetuo
 totius religionis Christianę parens, & om-
 nium Ecclesiarum Apostolicarum mater
 habita fuit & obseruata, id quod nullę nõ
 veterũ gręcorũ & latinorũ testantur elu-
 cubrationes vnde sane apparet vecordia,
 atq; omnium indies orientiũ, moxq; oc-
 cidentiũ confessorũ temeritas, quorũ con-
 fessiones si flagites de hac re putã Augu-
 stanam, Wittenbergensem, Zwinglianam
 Caluinisticam, Petromartyrianam, Angli-
 cam, Scoticam. & quam libet hoc potissi-
 mũ freti nectarij factõ, concludere tentant
 liberũ cuiq; permittendum, siue vt confi-
 teatur sacerdoti, si videtur, siq; lubet, & vt
 affectus est, siue faciat, siue non, neq; debe-
 re præcipi, nec posse à papa, vtpote quod
 liberam confessionem Deus esse voluerit
 inquirunt, seu Deo vni, seu homini, iuxta
 faciendam, quanquam ita sentiens Luthe-
 rus nolle sibi eripi vllõ pacto, & quiduis
 sese perdere potius, quam hoc præsidium
 atq; asylum asseueret velle, scire nimirum
 se probè quantũ consolationis, & roboris,
 ipse inde sibi pararit, neminem autem sci-
 re quantum prosit exomologesis apud sa-
 cerdotum facta, nisi qui cum diabolo diu
 mul-

multumq; sit luctatus & non ita pridem
 sese à diabolo peremptum fuisse, nisi per-
 seruasset confessio etc. Sermo. 31. Nam nisi
 quis prius animę suę mala inquit Orige.
 vitiaq; cognouerit cognitaq; proprij oris
 confessione prodiderit, purgari absoluiq;
 non potest lib. 3. periarch. cap. 1. & necessi-
 tatem pariter atq; vtilitatem exomologe-
 seos, sumpta Metaphora cuiuscunq; ma-
 terię peccantis (quam medici appellant)
 siue indigestę, saburrę ventris, siue crudi
 stomachi, aut phlegmatis, & humoris
 superflui docet Origenes Homil. 2. super
 Psalmũ 3. poenitentialem, in ordine &
 numero 37. Item libro 2. super Leuit.
 & alibi Eutyechianus quoq; papa Aurelia-
 ni Aug. temporibus, anno Domini 276.
 circiter videns, audiensq;, complures iu-
 randi consuetudine sepe peierare, leuemq;
 eiusmodi imponi poenitentiam, mandauit
 eandem periuris, quam adulteris, & for-
 nicarijs, & voluntarijs homicidis, seu a-
 lijs criminalibus vicijs irretitis poeniten-
 tiam iniungi.

Si quis autem perpetrato periurio, vel
 quocunque criminali peccato, metuens
 diuturnam poenitentiam, ad exomologe-
 sim

fim faciendam non comparuerit, ab Ec-
 clesia repellatur, id est à communione cõ-
 fortioq; fidelium, vt nullus cum eo come-
 dat, bibat oret, aut eum domo sua digne-
 tur, ac recipiat, decret. 4. & habetur 22. q.
 1. Predicandum: debemus inquit Origen.
 reuelare peccata nostra, non solum Deo,
 sed his quoq;, qui mederi possunt, & sic
 delebuntur peccata ab illo, qui dicit, Ego
 delebo iniquitates tuas vt nubem etc. Esa.
 43. 44. Homil. 17. super Luc. Et Ambro-
 sius nihil quidem peccare, solius Dei e-
 mendare autem & corrigere se sapientis,
 idq; difficile ac rarum esse, vel ideo dicit,
 quia durum molestumq; est se arguere, fa-
 ctumq; suum damnare, & hinc raram esse
 ob verecundiam confessionem, obq; na-
 turam repugnantem, neq; tamen suffice-
 re historiam confessionem insinuans,
 sacerdotem non auferre peccata asserit
 asserit eius, qui cum proposito delinquen-
 di accedit etc. epistol. 3. ad Simplicia.
 & Hiero. affirmat circa illud Iere. 2. dixi-
 sti absq; peccato & innocēs ego sum etc.
 His verbis vtendum esse contra eos qui
 nolunt peccata sua cognoscere, sed in tem-
 pore afflictionis dicunt se iniuste pati o-

X mnia

DE P A E N I T E N T I A

omnia, magisq; Dei irā prouocāt, dū hoc ipsum alterū, & maius peccatū sit, non lugere quod fecerit, sed vanas excusationes prētēdere iudicio quippe inquit cōtēdam tecum eo quod dixeris, nō peccaui, quasi maius peccatū sit, aliud habere in cōsciētia aliud in sermone, audiat ergo ait noua ex veteri hāresis, irā Dei esse permaximam nolle humiliter confiteri peccatum suum sed impudenter iactare iustitiam etc. & ne publice quidem confiteri erubescat inquit August, qui male egit, recurrat vero ad confessionem, quia melius est hic pauco tempore pœnitere, quam tot annorum millibus sustinere supplicia, & sic sane nos spes erigat, vt semper gehennæ metus affligat, illuc autem ire festinemus vbi omni vbi rex cœlestis Christus, & Angeli nos excipient etc. Nolite ergo inquit negligere Deum nos ad pœnitentiam appellantem, vt oracula testantur, sed heu Deus rogat vt misereatur nostri, & nolumus, quomodo ergo exaudiet in necessitate supplicantes, cum nos orantem illum non audiamus etc. de rectitudine catho. conuersat. estq; apud Gratianum de pœnit. distinctione. 7. nullus. Verūm quid ego
princi-

principia peto, quę satis superq; pertracta-
 uimus, vnic' enim scrupulus modo nobis
 superest, Ioan. Chrysoſtomus, & pluuia ſa-
 nę leuior, ſiquid haętenus dicendo profe-
 cimus, ſi minus grauior plũbo, is namq;
 illi Nectario, ſi fides habenda eſt annali-
 bus vniuerſis, proxime ſucceſſit in guber-
 nanda Eccleſia Conſtantinopolitana, ſiqui-
 dem Homil. 2. in Pſalm. 50. ita habet, non
 dico tibi, vt te prodas in publicum, neque
 vt te apud alios accuſes, non dico vt confi-
 tearis cõſeruo tuo, qui exprobrat tibi pec-
 cata tua, dicito quidem vt ea deleas, ſi au-
 tem confunderis cuiquã dicere, dic quo-
 tidie in anima tua dic Deo, qui ea curat,
 non eſt neceſſe præſentibus teſtibus con-
 fiteri, cogitatione tua fiat peccatorum ex-
 quiſitio, ſine teſte ſit hoc iudicium, ſolus
 te confitentem Deus videat, non te in ſer-
 uorum, aut conſeruorum theatrum duco,
 non hominibus peccata tua te detegere
 cogo, repetę conſcientiam, eamq; coram
 Deo explica, illi oſtende vulnera, à præ-
 ſtantiſſimo medico medicinam eſſlagita
 etc. Idemq; habet Ioannes Caſſia. illius au-
 ditor in collat. Pynuphij cap. 8. Idẽ Homi-
 4. de lazaro, caue homini dixeris pecca-
 ta tua,

DE P A E N I T E N T I A

Peniten-
tia nō ni-
si veram
esse,

ta tua, ne tibi exprobrat, non est conferuo
confitendum, qui in publicum proferat,
sed Domino confitendum, qui nostri cu-
ram gerit etc. & Homil. 31. super episto. ad
Heb. postquam dixisset Esau non pœni-
tuisse vt oportuit, hoc enim esse pœniten-
tentiam, vt congruenter geratur, illum au-
tem pœnituisse vt Iudam, & Cayn, non vt
Dauidem, qui peccatū quod diu antè ad-
miserat, non dedit obliuioni, sed post
multos annos, & ætates veluti recens sem-
per lugebat pœnitentem enim perpetuo
sui sceleris meminisse vt Deus obliuiscatur
semper illud punire, vt Deus aliquando
parcat, se iudicare, & condemnare, ne iu-
dicet, damnetq; Deus, confessione nempe
minui, impudentia vero & confessionis
contemptu, & irreuerentia iudicij futuri,
augeri, nihilq; magis extorquere voluisse
Deum ab Adam Gene. 3. & ab Cayn Ge-
nes. 2. quam confessionem, opus prorsus
esse satanæ, negare, peccata excusare, per-
suadere debere, nos peccauisse, vt pœni-
teat, & per pœnitentiam liberemur, citra
confessionem namq; & agnitionem pec-
cati, neminem consequi posse veniam, nō
solum autem lingua enuncianda, sed mul-
to ma-

to magis intima cōscientia prodenda peccata, neq; tantum dicendum nos esse peccatores, sed specialiter singula peccata cōputāda, deniq; non tibi dico (inquit) vt te prodas in publicum, neq; vt te apud alios accuses, sed obedire te volo prophete Psal. 36. Reuela domino viam tuā, ante Deum ergo peccata tua cōfiteri, apud verum iudicem, cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed tuæ memoria consciētiæ, & tunc demum misericordiam spera si continuè peccata tua gestes in pectore & memori mente neutiquam fatagit, qui syncerè se peccatorem confitetur. Verum specialiter peccata & memoranda sunt, & animo insculpenda, vt hac amara peccatorum reminiscētia, mens sese excarnificans, licet inuita, & virtutum studia avidius sectetur, & vitia amplius oderit, Dei autem clementiam citius promereatur, quum ipse tanto peccatorum nostrorum obliuiscatur citius, quò nos tardius, & è diuerso & tandem sese explicans, insinuāsq; se non velle dicere omnem verecundiam humanam fugiendam, nunc quidem pudori humano non parcendum, vt in iudicio parcat, & iam haecenus consulen-

DE PAENITENTIA

dum, vt nihil modo celemus, quod tunc
 celatum esse volumus, docet necessariam
 equidem confessionem esse, vbiq; innuens
 sed non eiusmodi publicam, & vulgò fa-
 ciendam. Ita cùm pictores arte naturam
 imitari dixisset, & suis coloribus quem-
 que depingere itidemq; prophetas facere
 imo insurgentes daemones, ingruentes tē-
 tationes, perpetrata peccata calum iustorū
 erectionem impiorum pœnitentiam, con-
 fessionem, aliaq; huiusmodi describentes,
 velutq; ob oculos ponētes in præfat. Psal.
 50. Imaginem quandam esse dicit Psalmū
 & quasi scenam quandam diuersas perso-
 nas præ se ferentem, peccatorem/insurgē-
 tem, ocio torpentem, pœnitentem, concer-
 tantem Dei gratiam implorantem, philo-
 sophiam pœnitentiæ præstantem, multos
 lachrymarum & confessionis fontes ha-
 bentem deniq; huius, aliorumq; sanctorū
 peccata & conuersionem, Dei prouiden-
 tia, nobis prodesse posse asserit, & eorum
 vulnera, nostram salutem operari, & ip-
 sorum naufragium, nostrum portum, vt
 dum iustos talia vulnera excepisse scitum
 sit, & deinde curatos confestim, omnes ad
 exomologesim curramus, & audacter in
 confes-

confessione fontes lachrymarum funda-
 mus, & vnicum remedium delictorū cog-
 noscamus exomologesim etc. Homil. 1. in
 Psal. 50. & apertissime declarans cōfessio-
 nem esse necessariam, & de singulis agen-
 dam pœnitētiā peccatis nolo inquit ex-
 cusationes, nolo mihi ignauiam prætexas
 peccasti, pœniteat, millies peccasti, millies
 pœniteat, hæc assidue infundo medicamē-
 ta, & vulnerum timorem intercipio lap-
 sus es, surge, peristi, sed salus obuia est, es
 mœchatus, occidisti spectaculis affuisti etc
 pœniteat, prorumpe in lachrymas, redi ad
 conscientiam, temetipsum inspice, diem
 iudicij cogita, paradisi delicias pensa con-
 fite, adhibe tibi curationem dum viuus
 quando ille curat, quæ non fallit, nemo dif-
 fidat, tantum paululum conuertamur, noli
 dicere, quomodo curabor tot malis & pec-
 catis oblitus, sed potius migrare Deū, glo-
 rifica si potes dicere, quomodo est Deus,
 poteris etiam comprehendere, quomodo
 miseretur. Quid enim est peccatum ad
 Dei misericordiam, vb̄ igitur misericordia
 flagitatur, interrogatio, & quæstio omnis
 cessat, iudicium nō sœuit, pœnæ locus non
 est, condonata est responsio, temetipsum

DE P A E N I T E N T I A

appende misericordiae diuinae, ipse quid enim Deus dat, sed non passim, nos prouocat & dicit & tu da aliquid, ad moue manum, da mihi confessionem tuam, & lachrymas poenitentiae, caetera de meo praestabo etc. ostendit prorsus omnes peccatis obnoxios quibuscumque; ad exomologeseos medicamen confugere oportere, & non exigi quidem confessionem probrosam illam attamen aliquando & nostram quidem perennem peccatorum memoriam, Deo perpetuam eorum parere obliuionem, Homil. 2. in Psal. 50. & concio 3. cum predicauisset fuisse poenitentiae necessitatem, & summam quemque; spem, in suis benefactis collocare debere. non ita in alienis per poenitentiam & compunctionem, continuamque confessionem & eucharistiam, peccata expiare nos iubet, & ita Deum obsecrare, et obtestari per Christum Dominum nostrum, & Homil. 4. de Lazaro, cum vigilem nostri custodem conscientiam, neque blanditijs, neque minis abduci posse a sententia, a suo iudicio, ab ira, a vindicta peccati & remorsu, si forte obrepserit, asseruisset quicquid proinde obuenit, mox per confessionem, & fletum, & proprii criminis ac-

De lazaro.

Conscientiae indoles.

nis accusationem, hortatur perimere, nihil siquidem tam exitiale esse peccato, quam peccati accusationem. & condemnationem, cum poenitudine & luctu coniunctam, condemnasti enim tuum peccatum? ait, an deposuisti sarcinam, quis hæc dicit inquis? Ipse Iudex Deus Esaiæ 43. dic tu prior peccata tua, vt iustificeris. Cur igitur te quaeso erubescis, quid pudet, pigetq; dicere peccata tua? caue enim dixeris, ne tibi exprobet, neq; confitearis tuo conseruo vt euulget etc. ideoq; à Deo adhibitam accusatricem, & vlticem peccatorum conscientiam perhibet, vt compellamur, ad confessionem & poenitentiam vel inuiti, Deum vero exposcere confessionem non tanquam ignorantem sed tanquam clementem, qui sic ignoscere gliscat etc. & Homil. 1. de lazaro quum ocium corporale sabbathi ingens negocium animi esse debere affirmauisset inde scilicet sacerdotum quotidie vnicam hostiam sabbathis alteram quoq; offerre, monet nos lectum nostrum ornare, vti Dauid fecit, confessione, & lachrymis, et precibus etc, meminitq; iterum conscientiam sese excarnificantis, id quod etiam facit Homil. 2. de lazaro, Homil. autem 9.

DE PAENITENTIA

tem 9. in epistola ad Heb, postquam illud Pauli Heb. 6. Impossibile est per poenitentiam reuocari etc. exposuisset de poenitentia, quæ est ante baptismum semper enim peccantibus superesse poenitentiam, tantum si consideremus quale medicamentum istud sit poenitentia, & qualiter conficiatur, primo extirpanda peccata & eradenda tradit, velut lima quadam exomologesi, vt testantur oracula diuina secundo humiliandum, & conterendum esse cor in confessione, deinde oratione opus esse & lachrymis multis, demum eleemosynis, & vt dimittat alijs, qui sibi postulat dimitti.

Postremò vt poenitens ingenuè, & candidè se gerat apud sacerdotè, principium namq; & quasi fundamentum poenitentia, esse asserit confessionem hoc fundamento iacto facile reliqua construi, ubiq; autem exordia difficilia esse, consuetudine vero alia reddi leuiora etc. & cum lib. 1. de compunctione, perpetuo ad memoriã reuocanda peccata præterita docuisset, & cum metu gehennæ, tum spe beatitudinis & alijs varijs modis excitandum ad compunctionem animum, idq; vnum fuisse omnium semper monachorum, & eremiculorum

cultorum remedium etc. lib. 2. perpetrat,
 quomodo mens compunctionis expers
 ad veram compunctionem pertingere va-
 leat, sicut enim vnguentum varijs aroma-
 tis constat, ita compunctio rebus diuersis
 constat. ait etc. & conqueritur de christia-
 nis, qui multis malis & peccatis impliciti
 nullam bonorum operum fiduciam habet
 nullam pro delictis satisfactionē, nullāq;
 exomologesim, imò qui quid exomologe-
 sis sit, quum peccatis obruti sint, nesciunt,
 cum non solum nosse, quum ipsa sit exo-
 mologesis, eamq; ritè facere verum etiam
 vnumquodque peccatum, & maius & mi-
 nus cordi nostro quasi libro oportuerat
 inscribere, & frequenter recensere, & ob
 oculos ponere, ac velut nuper admissum
 lugere ita quippe & Paulū, & alios à pec-
 catis conuersos fecisse etc. Post reatus ab-
 solutionem. Similiter Homii. s. incompre-
 hensibili natura Dei, nihil ita homini con-
 ciliare Dei, & Numinis gratiam, opinatur
 atq; humilem confessionem, ita enim pub-
 licanum, & alios dei gratiam inisse. Quam
 ob rem rogo vos fratres inquit crebrius
 Deo immortalī confiteamini et enumera-
 tis peccatis vestris, veniam petite, non te
 in thea.

DE P A E N I T E N T I A

in theatrum conseruorum tuorum ducō
 non hominibus peccata tua detegere co-
 go etc. Nam eadem ijsdem verbis repe-
 re familiare erat Chrysoft. & in paranāsi
 1. ad Theodorum lapsum, & vtrumq; fa-
 lutem desperantem, cum & veteribus, &
 tunc modernis exemplis in spem erexis-
 set, & sicut neminem, nisi spe fructuum se-
 minare, ita neminem exomologesim fa-
 cere lachrymas profundere à peccatis ab-
 stinere virtuti seruire, nisi spe salutis. ritè
 posse non sufficere putat si quis se peccato-
 rem confiteatur, cum id bonis malisq; fi-
 delibus iuxta ac infidelibus commune sit,
 nisi confessio compunctione & lachry-
 mis, & emendandæ constet vitæ propo-
 sito, hanc siquidem veram pœnitentię for-
 mamq;, hunc vnum scopum esse, & li-
 mam extremam, eam autem non esse qui-
 dem nominandam confessionem, quæ ci-
 tra compunctionem & lachrymarū ama-
 ritudinē, ac peccatorum fit abolitionem
 & homilia quadam super illud 2. Cor. 11.
 Utinam sustinueritis modicum quid insi-
 pientiæ meæ. Attamen virtutum nostrarū
 obliuionem, peccatorum vero tenacem
 memoriam predicat, & Homil. 3. de pœ-
 nit.

Germa-
 na pœni-
 tendi ra-
 tio.

nit. peccatū vulnus, poenitentiam medicinam illud pudorē hanc parere fiducia, ibi saniam, hic expurgationem esse inquit, mutauisse autē hunc vtilē ordinē, satanam, & peccato quidē confidentiam poenitentiae pudorē, & confessionē dedisse, vt nemo peccata confiteatur, nemo vitā corrigat, pudore ad poenitentia in Ecclesia venire, peccata edicere, ob verecundia vetare etc. quū contra peccare puduisse, poenituisse vero non oportebat, & Homil. 5. cum preteritorum peccatorum memoria, esse magnam cautelam ad fugienda futura dixisset, in confessione, & poenitentia, non tam Deū tempus quam poenitendi modū expendere arbitratur, & dilationem confessionis, verāq; poenitentiae esse dilationem veniē etc. & Homil. 6. Dauidem, nos ad poenitentia et peccatorū confessionē prouocare ait, & ne quis peccator desperet monet quotidie confiteri, et si quis millies peccauerit, millies confiteri nihil enim deterius desperatione, nō quōd velit ad peccandum allicere, sed quī peccauerunt, ad confessionem etc. et distinguens poenitentiae seu genera seu species, vel modos, et actiones, non vnam, et alteram, ac tertiā
sed

DE P A E N I T E N T I A

sed plures multo esse attestatur, ne quid
 prætexti habeant mortales, Primam ineū-
 dæ poenitentiaæ viam namq; exomologe-
 sim, secundam peccatorū deplorationem
 et fletū, atque mœrorē. Tertiam sui demis-
 sionē, et contemptū. Quartā eleemosy-
 nā. Quintā orationē perpetuā. Sextā à pec-
 catis resipiscentiā et ad Deū conuersionē,
 aliasq; cōplures. Quoties ergo inquit pec-
 casti toties poeniteat, et Ecclesiā ingredi
 non sis animo consternatus, poenitentiaæ
 et medicinaæ locus hic est, etiā in extremo
 vitę die, non iudicij etc. homil. 9. et 10. in
 Genes. Postquam esse confusionē ad vitā
 aliamq; ad mortē, et multas salutis vias de-
 monstrauisset, quamuis peccatum ingens
 confusio est non oportere tamen peccato-
 res aut erubescere, aut confundi aut animo
 deijci, sed errata cōfiteri, nec ultra progre-
 di, nec in eadem recidere monet, homil.
 20. in Gene. perisse Cain, eo nomine, quod
 noluit confiteri peccatū seruatū Lamech,
 quod incorrupto iudice consciētia, ad cō-
 fessionē sit adactus, atq; ita adulteros, et a-
 lios peccatores, vti debere conscientiaæ ad-
 iumento, ac consilio tanquam bona suada
 & ad confesionem facinorum festinare
 affir-

affirmat, nullo alio consilio, qui exprobrat
 confessionem quippe peccatorum, eo-
 rundem esse abolitionem neq; enim deū
 ignorare peccata, sed exigere tamen con-
 fessionem vt per eam habeamus peccato-
 rum sensum, eiq; grati simus, medicinam
 vero eam grauem esse & difficilem, oportere
 quippe habere cōtritionē cordis cō-
 punctionē mentis confessionē ruinæ cō-
 tēptū rerū seculariū calidas lachrymas se-
 dulitatē cōtinuā fidē & spē firmam in arte
 medici collatā etc. Ita siquidē preuenien-
 dā faciē domini in confessione. & satanæ
 accusationem, & ser. de poenit. & confes-
 sione, non oportere inquit erubescere
 peccata confiteri, sed admittere & po-
 tius hic confitenda etiam coram homi-
 nibus, & testibus paucis, ne in iudicio ape-
 riatur oībus, quāuis hoc iudiciū nō sit ne-
 cessum fieri corā testibus qui exprobrant,
 sed solo Deo conscio, qui non exprobrat
 sed curat peccata, cogitatione sola nāq; fie-
 ri delictorū trutinatiōē, attamē hic dete-
 gēda peccata hic à nobis dānanda, ne ibi in
 teatro totius mūdi recitētur, confessionē
 enim peccatorū non esse confessionē, sed
 virtutem, sed peccatorum expiationem,
 oportet.

DE P A E N I T E N T I A

oportere proinde suo tempore, exomologesim non illibenter, sed alacriter facere confessionem nempe forensē pānā, hāc veniā manere & mereri velle quippe deū nos nostrorum malorum meminisse se autem obliuioni ea tradere, meliusq; esse, nos mala nostra, quam bona in animo versare, illorum enim memoriam humiles, horū autē nos elatos reddere, et adducens Iob non verentem peccata sua agnoscere, spēte coram populi multitudine, non erubescendū docet iudiciū humanū, et cōsciētia conseruorū, quū neq; coronare, ac seruare ipsorum laus falsa, neq; condemnatio perdere possit iniusta In eundam vero quotidie nobiscum et cum consciētia cum verborū tū factorū, et cogitationū, diligētem rationem præsertim manē et vesperi etc. in fine hęc igitur omnia quum sciamus inquit, multas occasiones Deo præbeamus ignoscentiē confitendo, pānitendo lachrymando, prædicando, proximis noxam dimittendo pauperibus subueniendo, peccata continuo humiliter commemorando non enim sufficit dicere peccator sum, sed opere preciiū est, vt speciatim peccatorum reminisci et homil. 10. super Mat.

Mat: circa illud, Tunc exhibat ad eum omnis Iudæa etc. cōfidentes peccata sua, apertè tradit, & ante, & post baptismū pœnitentiam & peccatorum confessionem esse pernecessariam, non bene autem sibi fatiſq; cōuenire mutuo confessionis lachrymas, cum corporis voluptatibus pœnitentiam enim esse non solum vt à malis abſtineatur, verū etiam vt bonorum operum fructibus incumbatur, exempli gratia, qui aliena rapuit, iā & propria donare, qui est fornicatus, modo à legitimo quoq; contineat toro & vsu coniugij, & perpetuā cōtinentiam meditetur etc. Homil. 14. circa illud Matt. 4. Obtulerunt ei omnes male habentes, posteaquam languores peccata significare & primum quidem bonū non peccare. Secundum post peccatum sentire & lugere quod admissum est, esse dixisset præoccupandam faciem domini in confessione inquit, nuncq; fere totum in nobis esse positum, tunc demū in iudicio et sententia atque iudicis potestate, nulum vero ibi posse effugere tormenta peccatorum, à quibus non fuerit hic modo absolutus etc. et in opere imperfect. Homil. 3. circa illud baptizabantur cōfidentes

Y

fitentes peccata sua, confessionem peccatorum testimonium conscientiae Deū timētis esse affirmat, cum quippe qui Deū timet, non pudore peccata confiteri, qui verò erubescit non timere. Perfectum namq; timorem omnem pudorem exuerē & nullis grauem molestamq; esse exomologesim præterquam futurum iudiciū, aut non credentibus vel non metuentibus neminem autem ignorare confessionem, & pudorem, & poenam habere verum enim uero vel ob hoc ipsum Deum mandauisse exomologesim faciendam peccatorum, ut verecundiam pro peccatorum supplicijs patiamur, idq; ipsum partem nõ exiguam iudicij esse, Deum autem pro sua clementia, pudorem & eiusmodi erubescētia poenā statuisse hic peccatis purgandis, & Homil. 13. ad populum Antioch. Deum ab Adam & Cain nihilquam exomologesim per suas interrogationes uoluisse elicere inquit, quæ facta veniam daret lapsis etc. Homil. 52. in opere imperfecto. circa illud de decē virginibus 25. mat. cum ita terribile fore iudiciū ut nulla innocentia sit sibi satis bene cōsura, & nemo iustus satis sibi consultum sit putaturus, ne

rus, ne forte reus agatur, asseruisset, nam si-
cut tempus misericordiae quod nunc vo-
luitur, non admittit iudicium, ita nec iu-
dicii tempus misericordiam, tunc sanctos
non valere pro peccatoribus intercedere
astruit, vbi enim misericordiae non est lo-
cus, neq; interpellationi sanctorum vacuum
esse, iam enim quotidie sacerdotes clama-
re in Ecclesia, vt qui peccauit se ad poeni-
tentiam recipiat, qui iustus est perduret,
strenueq; agat, ipsos siquidem sacerdotes
venditores esse iustitiae, apud quos christia-
nis nundinandum est, & à quibus opera
bona doctrina recta, iustitiae praecepta con-
paranda sunt precio fidei, soluere namque
illos per poenitentiam peccatores, & qua-
si precio quodam & pecunia numerata
placari, facta exomologeseos autem qui
differunt poenitentiam, & confessionem
in extremum vitae diem, quando aut poe-
nitentiae non est locus, aut ipsi non tam Dei
quam mortis timore sacerdotes vocant,
& peccata exponunt, & non tam sibi ipsi
peccataq; displicent, quam morem me-
tuunt ingruentem, voluissent enim semper
peccare, si semper potuissent viuere, sese
misere decipere, cum nihil prosit ex ne-

cessitate huiusmodi facta exomologesis,
 & modica sufficiat Deo ex voluntate, ex
 necessitate vero neq; magna quidem sit
 utilis. Ita fere ibi. Et similiter confessionis
 specialis faciendæ mentionem longā, mul-
 tamq; facit alibi Hom. 42. super Matt. &
 Homil. 5. in Genes. & 30. & 16. & 19. in Ge-
 nes. Item Homil. 3. & 33. alijsq; locis penè
 infinitis. In lib. itidem de sacerdotio, quū
 suam apologiam dedisset Basilio, quod cū
 omnium constans esset opinio, vtrumque
 euehendum ad episcopatum, eremi solitu-
 dinem quam Basilius magnopere affecta-
 bat detrectauisset, quo facilius eum iugo
 & oneri episcopali cautiusque subijceret,
 seq; subduceret & reipub. christianæ com-
 modaret lib. 1. postea veroquam non frau-
 de, ac dolo malo, sed æquissimo harū se-
 fategisse rerum demonstrauisset, tanto si-
 quidem maioris esse virtutis atq; meriti,
 hominum curam gerere, quam pecudum
 aut animantium reliquorum, quanto &
 ibi plus operis est, & laboris, quantoque
 magis homo animantibus cæteris præstat,
 dein pecudum vitia, & morbos sese vltro
 facileq; prodere, atque ita procliuius cu-
 rari, hominum autem non ita, quum ne-
 mo

mo norit quid sit in homine, nisi spiritus
 hominis. deinde pecudes saepe cogi ad po-
 tionem sumendam & Iudices allophylos
 exterosq; facinorosos cogere vel inuitos
 posse ad meliora, Christianis verò nullam
 in corrigendo vim afferi valere, quò non
 coactam seruitutem, sed ex destinato pro-
 posito, Christus requirat, eamque ob rem
 multa arte, & solertia opus esse, & sibi
 quosque persuadere debere sacerdotù cu-
 rationibus se indigere, neq; id duntaxat,
 verumetiam vel eo maxime nomine, im-
 mortalè illis abs sese deberi sacerdotibus
 gratiam neminem enim hic vim inferre,
 neminemq; curari inuitum vel nolentem
 nam siue qui vinculus illigatusq; est. con-
 tumaciter restiterit malum exasperat, gra-
 uiusq; reddit, siue admonuentis verba fer-
 ri instar scindentia neglectim admittit, a-
 liud sibi vulnus ex contèptu infligit, mo-
 dum tamen poenæ, modo culpæ respon-
 dere oportere, pro temporis et loci ac per-
 sonarù, ipsiusq; rei moderamine & quali-
 tate, quocirca sexcentis & amplius pasto-
 rem oculis egere, quibus animi humani
 habitum & statù perfectum habere queat,
 siue in corrigendis malis, seu bonis edu-

Y iij candis;

ducandis, siue in his mēbris quę foris sunt conciliandis, seu curandis, his quę intus adhuc sunt etc. libro 2. Jam denique libro 3. tanto præstantius regno, sacerdotiū prædicat, quanto animus corpore dignior est, eoquę maius est nouæ quam veteris legis pontificium munus, quo cœlestia maiora sublimoraq; sunt terrenis. Omnē Aaronici sacerdotij dignitatem & gloriā, cū huius officij claritate comparatam, meras tenebras esse id sacerdotiū quippe in terris quidem administrari, cæterū inter cœlestiū rerū series referendū, idq; perquam meritò, quū non angelus, aut Archangelus nō quauis alia potentia creata, sed spiritus sanctus hūc ordinē instituerit, quo mortales angelorū ministeriū in terris animo conciperent, atq; peragerent, dum enim Dominus immolatur, & sacerdos sacrificio vacat precesq; desuper fundit, & circumstans turba, precioso illo sanguine inringitur, & rubescit sacrificium illū potius in cœlo, quā in terra versari omnes autem spectatores prodigij, repente in cœlū rapi, & nudis expurgatisq; cogitationibus auolare in sublime quippe quū in illo tēporis articulo miraculose is qui sedet sursum cū patre

patre

patre omniū manibus contrectetur, seseq;
 ipse tradit volētibus excipere & amplexa-
 ri, non praestigijs sane sed vere cunctorum
 contuentibus oculis, nō enim hic sacerdo-
 tem vt fecit Helias 2. Reg. precari vt ignis
 cœlitus lapsus victimā adoleat incendatq;
 sed spiritum sanctū implorare, & gratiam
 in sacrificiū fundendā vnde illud vniuer-
 sorū mentes inflāmare, serenare auro argē-
 toque purgatiores reddere valeat etc. de-
 inde sacerdotū alias quoq;, neque inferio-
 res functiones refert ijs nēpe creditū esse,
 vt ea que in cœlis sunt dispēscent, delegatā-
 que potestātē diuinā, neque angelis, neque
 archangelis comunē, hisce namque solis
 dictū esse, quacunque alligaueritis etc. &
 principū certe vincula corpora, sacerdo-
 tū vero animos perstringere, vsque adeo vt
 quacunque hi inferne fecerint, eadē su-
 perne Deus Opt, Max. habeat rata, & ser-
 uorum ministrorumque suorum senten-
 tiam Dominus affirmat confirmetque, o-
 mnē potestātē namque quā pater largitus
 est filio, omnifariam à filio cōmissam istis
 & quū nemo possit intrare regnum Dei,
 nisi per aquam & spiritum sanctum rege-
 neratus & nullus vitā illam cœlestem, &

immortalem consequi, nisi manducet carnem Domini, & sanguinem eius bibat, hæc autem omnia haudquaquã secus quã per sacerdotũ manus fiant, palã esse huius officij dispensationi, non modo plũquam principibus, ac regibus verum etiã magisquam parentibus, mortales omnes debere quũ hi mortalis, illi vero vitæ sint auctores immortalis, et quidẽ Leuiticis sacerdotibus concessum fuisse leprã purgare corporis, seu verius purgatam probare, atqui his non corporis, sed animi fordes datum esse, non expurgatas probare, verum purgare prorsus, non enim tantum, dum nos regenerant, sed postmodum etiam condonandorum nobis peccatorum obtinere auctoritatem oportere, proinde Episcopum magis cœlestem & Angelicam, quam humanam vitam agere, neque muneribus, aut vi, aut precibus blandiri, aut alio quocunque fuce ad id fastigij aspirare, atque contendere, sed studio commodandi Ecclesiæ, haud aliud namque tantas, tamque varias nasci turbas in Ecclesiã, quam ex Episcoporum antistitumque electionibus, casu & temere non iudicio accurateque industria factis

factis. Indignos enim episcopos Ecclesiam Euripo similem reddere, quum ornatissima vndique vitæ ratione, & tanquam adamantina virtute præditos esse oporteat, tanto enim difficilius eorum peccata occultari posse, eoq; & putari & esse grauiora, quanto magis omnium oculis expositi, suis prælucere deberet tantoque illos manere duriora supplicia, quanto plurium delictorum nempe & suorum, & subditorum, rationem cum Domino Deo debent inire etc. libro 3. de sacerdot. Quis non permoueatur hisce argumentis in ea non fuisse hæresi Chrystomû, quæ opinatur confessionem & absolutionem sacerdotalem (si vel illius faciendæ huiusue percipiendæ potest fieri copia) haudquaquam esse necessariam, iureq; diuino adeo commendatam, hocq; sacramentum per modum iudicij exercendum celsuisse vbi præsto esse debeant accusatio, vel defensio, & excusatio ingenua rei, vt sese habet confessio, iudicis ventilatio, & examinatio, querelarum, & quasi inuectiuarum per testes depositio actoris in ius hoc accersentis, constans sibi que bene conscius recti animus, rei, citatio & comparatio Iudi.

DE PAENITENTIA

Iudicis denique sententia, sententiæq; potestremò executio. An nõ proclive est cuius capere virum illum cum præceptum sacramenti ratione, tũ simpliciter ea omnia in poenitentia esse necessaria, saltem in voto implicito, vel explicito, in specie aut genere, per se vel per alios, neq; solum iure diuino positiuo, vt loquuntur, sed naturali quoque sensisse, quanquam simpliciter siue his effectum sacramenti poenitentia id est remissionem peccatorum, ac reconciliationem, sicut citra baptismum, effectũ sacramenti, & citra Eucharistiam operationem eiusdem accipere quempiam posse nemo ambigit. Hunc siquidem ordinem modumq; redeundi cum deo in gratiam perscribit Iere. 2. & 3. etc. sub parabola mulieris adulteræ, & quocunq; schemate vtantur, siue prophetæ siue Apostoli, siue Euangelistæ ipse uemet Christus ac Symmystæ religionis christianæ vniuersi. Primo peccati ac noxæ agnitionem & confessionem necessariam ducunt, secundo doleat defleatq;, tertio mentem saniorẽ induat peccandiq; affectum ac libidinem exuat, atq; ita demum veniã oret, imploret speret, quem germane poenitet, ne quis
 vrgat

vrgeat illud Ambrosij libro 10. cōment.
 in Luc. de Petri negatione & poenitentia,
 non inuenio quid dixerit, inuenio autem
 quod defendi non potest, abluī potest la-
 uant lachrimę delictum, quod voce pu-
 dor est confiteri & venię fletus consulunt
 & verecundę lachrymę, siue horrore cul-
 pam loquuntur lachrymę crimen siue of-
 fensione verecundię confitentur, lachry-
 mę veniam non postulant, sed merentur.
 Primo enim sicut nō legimus Petrum cō-
 fessum ita nec baptizatum, quum tamē si-
 cut vtrumque habeamus persuasum, quā-
 uis enim tunc non sit confessus fortē ore-
 tēnus cum esset à Christo procul semotus
 nō est tamen dubium quin & apud se &
 apud Christum post resurrectionem fre-
 quenter peccati sui exomologesim fece-
 rit, nā trinam illā fidei & veritatis chri-
 stianę professionem, quā Christus ex imo
 Petri pectore euocatam, elicitamque in-
 genti cū ipsius mœrore probauit, omnes
 trine eiusdem Petri negationis interpre-
 tantur poenitentiam confessionē & satis-
 factionem August. tract. 123. super Ioan. 21.
 tractat. de vtilit. poenitentię serm. 62. de
 verbis Domini secundum Io. ser. de tem-
 po. 144

DE PAENITENTIA

por. 149. & in vig. S. Petri & Paul. serm. 1.
 & Chrysost. Homil. 87. in Io. & Theo-
 phyl. & Oecu. & Euthy. iure enim in-
 quit Cyrill. ab eo terna dilectionis con-
 fessio petitur, qui ter tempore passionis
 negavit vt terna confessio æquabili nu-
 mero ternam negationem compenset, &
 quod verbis commissum est, verbis cu-
 retur, hincque morem inoleuisse Eccle-
 siæ, tertio interrogandi eos, qui bap-
 tismum affectant testatur super Ioan. libro
 12. cap. 64. Itidem Venera. Beda & Diuus
 Rupertus, alijque in Ioan comment. neq;
 aliud quam exomologesim et erroris de-
 testationem, veritatisque agnitionem, et
 confessionem, Dominum abs Thoma ex-
 torfisse inquit, palamque liquet, Am-
 bro. namq; pertractans illam prodigi filij
 poenitentiam Luc. 15. Pater peccavi in cœ-
 lum etc, hanc esse primam confessionem
 apud naturæ authorem præsulem miseri-
 cordiæ culpæq; arbitrum inquit, et quavis
 norit omnia vocem atamen confessionis
 expectare, ore enim confessionem fieri ad
 salutem, eumque eleuare sui erroris ac no-
 xiæ pondus, qui semet onerat, et accusa-
 tionis, inuidiam excludere, quisquis ac-
 cusato-

cusatorem præuenit confitendo, iustum
 siquidem in primordio sermonis suimet
 accusatorem esse, frustra autem velle oc-
 cultare, quem nihil fallit, et sine pericu-
 lo prodere, quod scitum est, iam cogni-
 tum esse, et ne hanc exomologesim so-
 lum coram Deo putes faciendam, haud-
 quaquam coram sacerdote, confitere igi-
 tur magis inquit, vt interueniat pro te
 Christus, quem habemus aduocatum a-
 pud patrem, roget pro te Ecclesia &
 illachrymetur populus, ne vereare ne
 non impetres aduocatus veniam spon-
 det, patronus gratiam promittit, recon-
 ciliationem pollicetur paternæ pietatis
 assertor.

Crede quia veritas est, acquiesce
 quia virtus est, habet causam vt pro te
 interueniat, ne pro te gratis mortuus sit,
 habet & causam ignoscendi pater, quia
 quod vult filius, vult & pater & post
 pauca.

Exurge ergo curre ad Ecclesiam, hic
 est pater, hic est filius, hic est spiritus san-
 ctus occurrit tibi, qui audit te intra men-
 tis secreta tractantem etc. quid enim vel
 ad Ecclesiam properandum est, cum,
 vbiq;

ubique totus est Deus, vel populi Eccle-
 siastici cur opere precium est implorare
 suffragia aut cur efflagitanda est medicina
 ab his qui aut morbum nesciunt, aut non va-
 lent curare? vult ergo Ambrosius poenitentes
 ad Ecclesiam tanquam diuinorum myste-
 riorum officinam, vbi sacramenta caelestia
 administranda sunt, tanquam sacrosancta,
 in loco sacrosancto pergere, & sacerdoti
 secundum Deum peccata quaecunque ape-
 riri, vtpote Dei vicario, quasiq; suffraga-
 neo & penes quem tota authoritas reti-
 nendorum criminum credita est, proindeq;
 quicquid illi in aures dicitur, tanquam so-
 li Deo dici existimandum inde namque
 quidam opinantur confessionem sacra-
 mentalem, eiusque secretam esse oportere
 vt si secreta non sit (qualis est publica &
 solennis, quam diximus ex secreta origi-
 nem ducere, & non tam ad sacramenti
 quam satisfactionis rationem pertinere)
 sacramentalis non sit atque ita D. Chryso-
 stomum magis gratulabundum fuisse locutum
 locis superius allegatis putandum est, de
 tam graui, molestaq; sarcina ab humeris
 poenitentium vel ea ratione, & occasione
 quam retulimus sublata. Primo vni omnes
 cui

cui forte quidam, aut hanc, aut illam ob
causam, vt ferunt mortalium casus, haud
satis fidebant non erant mancipandi pro
peragendat poenitentia, deinde ad vniuer-
sam multitudinem, instar theatralis ludi,
communisque spectaculi, quę fuerat quis
Deo primum & item suo alicui è medio
grege presbyterorū, ad id officij per epis-
copum accitorum confessus, id quod Leo-
nem quoque in occidentalibus Ecclesijs,
ac praesertim vbi verisimile est, plus eum
ab usum inoleuisse in Campania Samnio,
& Piceno scilicet, haud dubium quin &
Romæ, & alibi sicubi rumor erat, malum
hoc grassari, fecisse ex episto. 80. allucet,
Arbitrabantur namque & Chrysof. &
& Necta. alijq; eiusdem Eccles. & aliarū
orientalium episcopi, & Leo quoque et
Grego. alijq; seu Roman. seu aliarum oc-
cidentalium Ecclesiarum praesules, multò
plures à poenitentia cuius tantam cuncti,
quantam pene baptismi diffiniebant ne-
cessitatem potissimum in adultis timo-
re humanæ ac publicę eius verecundiæ
prorsus absterrendos, quam veniē amore
ad eam incitandos huius nimirum studiū
commune debere esse omnibus illius au-
tem

rem extremi pudoris, non esse tot mortalium quot est perneccessaria pœnitentia & exomologesis. illo nempe proposito D. August. composuit 13. libros confessionum tanquam pœnitentię suę libellũ supplicem, volo enim inquit veram confessionem facere coram te (Deum puta) in corde meo, in stylo autem coram multis testibus nam tibi nolens confiteri cui nuda sunt omnia, te mihi absconderẽ, non me tibi, nunc autem gemitus meus testis meus est, me mihi displicere vt tu placeas affulgens vt erubescens de me abijciã me, & eligam te, & nec mihi nec tibi placeam nisi de te & tibi quidem manifestus sum, quicumque sim, confiteor autem non verbis carnis, & vocibus oris sed animę & cogitationis clamore, quem nouit auris tua cum enim malus sum nihil aliud confiteri tibi, quam displicere mihi, cum vero pius hoc tribuere tibi, quoniam tu benedicis iustum, sed quem prius iustificasti impium, confessio ergo mea tibi fit tacitẽ & non tacitẽ tacet strepitu clamat affectu. Quid ergo dicet quis tibi cum hominibus, vt audiant confessiones meas, quasi ipsi sint sanaturi lãguores meos, curiosum
genus

genus ad cognoscendam vitam alienam
 desidiosum ad corrigendam suam? Quid
 volunt à me audire qui sum, qui nolunt à
 te audire qui sint? vnde vero sciunt cum
 à me ipso de me ipso audiunt an verum di-
 cam? etc. volunt enim audire confidentem
 me, vt sciant quid intus sim, quo nec ocu-
 culum, nec aurem neq; mentem possunt
 intendere, credituri autem nunquid di-
 cam cognituri, imo sane dicit namque eis
 charitas, qua boni sunt, non mentiri me
 de me & ipsa in ijs credit, mihi certe hoc
 fructu vt congratulentur, simulq; mecum
 multi gratias agant tibi Domine dum au-
 diunt quantum ad te tuo munere accedam
 & orent vicissim pro me, quando intelli-
 gent quantum à te retarder pondere meo
 etc. lib. 10. confess. cap. 1. & sequent. Sciebāt
 enim omnes veterani classiciq; doctores
 sicut quaq; Respub. suos habet magistrat-
 us suos iudices, sua tribunalia, seu prae-
 toria, suos patres patriæ consulentes utilita-
 tibus, honori, paci; Reipub. seruiantes,
 in qua alios imperare, alios parere, natura
 cōparatū est, ita Christū authorē salutis
 nostrę in societate atq; familia fideiū, quā
 Ecclesiam appellamus, praeponuisse quos-

Z dam

DE P A E N I T E N T I A

dam suæ quasi coloniarum moderatores, ipsi-
 suas partes integras sane, sicut à patre ipse
 accepit, quasi successione tradidisse
 & tanquam emeritum in alios, aliosque mu-
 nus gerendum transtulisse ut sicut ipse ha-
 bet potestatem in caelo, & in terra Matt.
 28. & quemadmodum accepit clavem mor-
 tis, & inferni Apoc. 1. utque nemo, neque in
 caelo, neque in terra aperit aut claudit præ-
 ter ipsum, nemoque potest aperire librum,
 foluere signacula eius, nisi ipse Apoc. 3. 5.
 etc. sicut filius hominis mediator Dei &
 hominum homo Christus Iesus, potesta-
 tem habet dimittendi hominibus peccata
 Mat. 9. sicut accepit omne iudicium à pa-
 tre Io. 5. identidem Apostoli eorumque suc-
 cessores, sibi vindicent, & quasi iure hæ-
 reditario ad ædificationem profectio-
 nemque ut Paulinis verbis utar. corporis eius, quod
 est Ecclesia, leges autem eius fori, atque iu-
 dicii conditionisque; quibus aut reus, sit cõ-
 demnandus, vel absolvendus, nepe an per
 hanc, an per illam poenitentiam, an sic, an
 aliter confessus id est an priuatim, an pub-
 lica, moderamini Ecclesie, & spiritui san-
 cto, cui ipse velut locum in caelum euolans
 dedit, suasque vices credidit reliquum fecis-
 se, sicut

se, sicut alia plurima, quod nemo sanus
 inficiabitur & hinc prorsus ad suos, non
 quoscunq; sed suos elegit, ipsum dixisse
 lo. 20. Sicut me misit pater, & ego mitto
 vos etc. eiusq; rei symbolum affluisse san-
 ctum, quasi quoddam in auctoramentum
 Apostolos autem, ecclesiarumq; seu Epif-
 copos, seu pastores omnes qui probè sa-
 piunt interpretantur quidem alieni bene-
 ficij, id est Christi mysteriorum œco-
 nomos, ac dispensatores, & largos cer-
 tē ac liberales, atqui prodigos, profuso-
 resq; non item, verum enim uerò fideles,
 spectat namq; fides ad iustitiam quæ cuiq;
 quod suum est distribuit, nempe ut mise-
 ricordes iusti & iusti sint iuxta misericor-
 diter, proinde sicut confessionem fidei, re-
 ligionisq; quam seruator efflagitat à suis
 cultoribus, Matt. 10. Mar. 8. Luc. 9. & 12. D.
 Paulo interprete Rom. 10. & in corde ad
 iustitiam & in ore credimus necessariam
 ad comparandam salutem, ita cuncti re-
 tro maiores, hanc itidem peccatorum ex-
 omologesim corde coram Deo ad iusti-
 tiam per internam illam animi contritio-
 nem, ore autem præbytero teste, Christi
 locum tenente ad consequendam salutē

Z ij fieri

fieri omnino oportere censuerunt, & ini-
 mici nostri, ipsi testes sunt. Nam Lutherus
 atque Confessio Augustana (tot enim ha-
 bent confessiones quot non dicam ciui-
 tates sicut olim Israelitæ degenerantes à
 patrum institutis, iuxta numerum vrbium
 deos colebant, non dicā castra, aut pagos
 sed compita & vicos & domos ne am-
 plius dicam) art. 11. confessionem non de-
 bere omitti in Ecclesia assertix est, Primo
 propter consolatoriam absolutionem, se-
 cundo quòd ex ea discamus sublimem ac
 salutarem clauium potestatem. Tertio quod
 bonum sit populum assue fieri confes-
 sioni faciendæ in qua sua peccata quoad
 potest accuset, atq; denunciēt, & solamen
 conscientia adhibita absolutione percipiat
 Calvinus autem cum suis candidatis, ag-
 noscit vetustissimum vsum confessionis
 in Ecclesia ortho. fuisse cum secretæ, tum
 publicæ, sed humani, non diuini iuris, &
 liberum non lege aliqua diuina, sed huma-
 na inductum, quum secus omnes vti habi-
 tum est catholici scriptores hactenus ab
 hinc 1562. annis tradiderint, quamuis nec
 sibi satis consent boni viri isti, aliquando
 vtilem & necessariam aliquando futilem
 &

O intē.
 perias.

& perniciosam confessionem, nunc ab-
 solutionem nihil quã alieni beneficij exe-
 cutionem, modo nihil præter euãgelij de-
 nunciationem priuatam confiteantibus co-
 ram Deo, & remissionem peccatorum
 petentibus ab presbytero, faciendam antè
 per Christum in gratiam receptis, & à pec-
 catis absolutis alias meram absolutionis ac
 remissionis denunciationem inquentes
 in genere confessis interdum ipsam vio-
 cem & græcis, latinisq; aliud sonantè per-
 negant, nonnunquam naturam incusantes
 vitium suum quod accusare oportuerat
 palpantes pariter, & excusantes, illud Iere.
 17. Promam cor hominis & inscrutabile
 humanis conatibus, vrgent adeo variant
 nutantq; ambigui mera in luce caligantes,
 & animis & sensibus, & tanquã ebrij ple-
 niq; non vino, sed vertiginis spiritu, agitã-
 turan omnes partes palpitantes, Vtrũ di-
 cam ighorò an perpetuo magis placentes,
 semper potius sibi displicentes, an vtrũq;
 Nam & simillimi & dissimillimi, sibi sem-
 per existunt, vno perpetuo eodemq; sco-
 po, atq; proposito, sibi satis respondentes,
 nimirũ quòd quaqua possunt coniurarint
 & conspirarint in Ecclesie Romanæ, idest

catholicae perniciem, caetera et à se quisq;
 et ab alijs diuersissimi multo. Certo igitur
 certius est ab Nectario nõ fuisse abolitam
 confessionem satisfactionemue ex inte-
 gro tanquam humanam quãdã institutio-
 nem, quẽ pro rerum, locorum, temporũ,
 personarum vicissitudine alia, aliaq; esse
 potest, sed publice in theatro fieri con-
 suetam, ad Nouati phrenesim inhibẽdam
 cuidam primũ priuatim, dein et Episcopo
 eodemũ omni populo ob ansam cuiusdã
 incestuosi diaconi, qui poenitentiaro sa-
 cerdoti erat ab officijs et poenitentibus
 ab obsequijs, mitiorem, facilioremq; mi-
 nusq; molestam redditam, et publicã illam
 soleunemque et verecundiã pudorisque
 plenam, in priuatã redegisse Nectarium
 eãq; seruitutẽ qua vni omnes facere exo-
 mologesim tenebantur, in libertatẽ alicui
 ex multitudine presbyterorum facta asse-
 ruisse, idq; planẽ è verbis Chrysoctomi
 liquere, qui non nisi theatralem probro-
 sam parumq; liberalem illam exomolo-
 gesim dissuadet confessionis, alioqui si-
 quis alius, assertor vehemẽtissimus. Quid
 enim aliud sibi volũt illa toties ab illo re-
 petita exomologesim esse quidẽ faciendã
 ad ba-

ad basilicam festinandum, ad sacerdotes
 accurrendum, hosce penes facultatem ac
 ius quoddam diuino munere diuinū ip-
 sum remittendorum, ac non remittendo-
 rum peccatorum esse, non semel tantum,
 siue in baptismo, siue, à baptismo sed in
 poenitentia quoties necessum est?

Quid aliud innuit lib. 6. de sacerdotio, vbi
 cuperet si qua posset fieri episcopum om-
 nium subditorum peccata causas negotia
 nosse, viduarum virginum coniugū pau-
 perum diuitum, quo facilius curare posset
 cum ipse Domini corpus quod vocat am-
 plius, regendum administrandumq; sus-
 ceperit, illiq; omnium peccatorum subdi-
 torum calculi pendendi sint, ratioq; ipso-
 rum vitæ reddenda? debere idcirco eum
 affirmat nullum diem prædicandi officio
 docendi, hortandi, vacuum dare, & non
 pro vniuerso terrarum orbe legatum, ac
 deprecatozem ad Deum accedere, proq;
 omnium hominum, non modo viuentiū,
 sed mortuorum quoq; peccatis propitia-
 torem, & quasi ipsi mundus totus com-
 missus sit litiū bellorum, cladum, turbarū,
 vnius locorum grassantium, precibus, &
 sacrificijs horrendis per inuocationē spi-

Z iij

ritus

spiritus sancti benedicendis, & non solum hominibus, verū etiam angelicis potestatibus colendis, diremptorē etc. gaudebat itaq; & gratulabatur Chrysoſtom. populo quem tanto libentius citiuſq; poenitentiam amplexari cognoſcebat, forteq; comperiebat, quanto magis ab infania & exprobratione factam alienam, ac ſi diceret mirum in modum gaudeo & gratulor vobis illo graui peragroq; falce, leuatis ſcio enim quam plurimos duras illas poenitentię leges detrectauiffe, & exomologefim quamuis neceſſariam vel diu etiā in vltimum vitę punctum diſtuliffe, imō vel contempſiſſe vel probri metu nō feciſſe. Atqui nunc quod perſepe vos admo-
neo confeſſionis faciēde ſacerdotibus aduoluendum, donatum eſſe, quicquid ipſi donauerint, omnia ſingulaq; peccata, & frequenti memoria pertractanda ac ore-
tenus recenſenda, noſo vos terreat, noſo animos veſtros deiiciat ab inſtituēda poe-
nitentia, ne utiquam enim mando vt non parcatis honori, dignitati, pudoriq; huma-
no, vt ſitis fame nominisq; hactenus præ-
clari, & nuncupati proditores, nihil minus imō multo amplius id protinus diſſuadeo
præci-

præcipioq; non fieri ne oneri huic impor-
 tabili succumbatis, & cum pœnitentia sit
 à Domino instituta medendis animi mor-
 bis, id est peccatis, suo rigore, ac severitate
 seu acerbitate, ægris, nō solum oneri, atq;
 fastidio verū etiam malo sit nolo inquam
 iam ad me deferri vestra peccata non iu-
 beo vos nunc theatrum conscendere, &
 contra vos declamari singulorum singula
 crimina, & in faciem exprobrari facino-
 ra modo enim, quod iusta de causa fuit in-
 ventum, cum ob scelus quod non ita pri-
 dem accidit, quod adhuc recenti memo-
 ria tenetis, tum humane erubescentiæ &
 infirmitati consulendi ergō est abrogatū
 imo vt securi pœnitentiam appetatis pro-
 hibitum ne ve deinceps sacerdos aut epif-
 copus cuiquam mortalium peccata, quæ
 secretō excepit effutiat, indicet, quoquo
 modo diulget vel exprobrat vos, in-
 terim agnoscite presbyteros, & Episco-
 pos, & præter illos neminem potesta-
 te pollere soluendorum ac peccatorum
 ligandorum, commodare verō eos suam
 Christo cuius præ se personam gerunt
 operam ad illos ideoq; perpetratis pec-
 catis quibuscunq; pro absolutione accele-
 randum

randum

DE PAENITENTIA

randum, cōfessionem integerrimè facien-
dam pro ipsorum arbitrio atq; sententia
agendam pœnitentiam. Hæc nimirū om-
nia proclive est cuius ex Chrysoftomo,
qui vel summis labijs saluam illius præ-
stantissimi incomparabilisq; viri gustau-
erit colligere efficacissimè alioqui qui no-
ua Romaq; altera Cōstantinopolis, & ec-
clesia ea orbis Christianissimi ab Romana
secunda & priuilegijs Romanę Ecclesię
dotata, huiusq; à tyrocinijs & imperij &
religionis alumna qui inquam iam nuper
nata, suam matrem imo omnium Eccle-
siarum, quę sol iste lucet parentem con-
temnere fuisset ausa? quomodo si id aude-
re cœpisset non statim audisset anathema
pontificum & conciliorum adeoq; ora-
culorum diuinorum horrendum tonitrū
animaduertissent sane discrimen Attic. Io.
Chrysoftomi adhuc superstitis, & exulā-
tis ob nescio quas iniquas criminationes,
successor, et qui in huius deinde locū suf-
fectus est, Sisimius, et & alij seu boni, seu
mali, defendissent certè hæresim Nesto-
rius Sisimij successor, et Anatolius, &
Acacius alijq; eiusdem sedis patriarchalis
hæretici, reclamauissent item Atticus, Sisi-
mius,

mius

mius, Proclus, Gennadius, alijque Romanae Ecclesiae observatores, ibidemque succedentes non dissimulassent id criminis Antichristi, vel conflandae illi invidiae causa tam praetextum speciosum iusta depositionis, ac condemnationis, neque tantopere fauissent partibus eius Romani, alijque occidentales episcopi, si eum Romanae religionis desertorem putavissent leuiter, & D. Prosper D. August. discipulus haudquaquam silentio praeterisset, aut tacitum permisisset de Io. Cassiano Chrysofomi auditore, qui cum illi acerrima de lib. arbitrio intercessit controversia, Sicut igitur omnia Pauli elogio, munda, mundis, & quod inquit Chryso. sancta sanctis, quod est in liturgia ita sana sane sanis, Nam & Basil. d. Chrysofom. multis nominib. intimus, quum creberrime necessitudinem poenitentiae, & faciendae confessionis et religiosissimi sacerdotij meminere, & quidem super Psal. 37. eum accuratè monuisset ex omologesios demum circa illud Rugiebam à gemitu cordis mei, vel secundum Aquilam fremebam à stridore cordis mei non ut multis conspicuus siam confiteor inquit verum intus in corde oculos claudens, tibi soli videnti
 ea quae

ea quę in occulto sunt, gemitus meos ostēdo, in me ipso rugiēs, neq; enim lōgis sermonibus opus erat ad cōfessionē, fufficiebāt nepe gemitus cordis mei & luctus animi ad te deū emissi. Id si quis crude exponat, nōne quā toties prädicat idē Basil. hic exomologesim vocalē in quā irritā nullamq; esse existimabit? verū si penitus inspiciat, an non videbitur potius veriusq; vitia exomologistarū & cōfidentiū taxare & reprehendere qui non raro vanę gloriolę captandę aut demerendę cuiusquā amicitię gratia, & vt sanctuli magisq; hac sua religione numini vulgo putētur deuoti in propatulo, tēpli q; medio spectantibus eunctis & admirantibus feruorē exomologesim sacerdoti faciūt, seu fastis seu nefastis diebus, suisq; deq; habentes & dies & tempora, locaq; omnia, & quasi deo perpetuo sese vitęq; semel omnē mācipantes & vitales hostias offerentes, cum nō nisi & facta exomologesi, & accepta Eucharistia, quam nō illibenter multis corā & diebus laicis, atq; profanis sumūt, miserissime cupiditatū suarū sint victimę? Nā eodē d. Basil. teste qui verbis confitetur, peccatum autē nō corrigit, nihil agit. quęst. 6.

Mala
mēs ma-
lus ani-
mus.

com.

cōpendio explicat. nōne qui hodieq; dice-
ret declamaretq; vel è suggesto, aut pulpi-
to, vel rostris eiusmodi hypocritis nihil
esse, nulliusq; momēti, aut frugis ecclesiarū
stationūq; frequētiā, et cōfessionē, ipsamq;
eucharistiā vilē esse, qualibet celebrem, &
erebā suū probè officiū exequeretur? Quis
id ita dici irascatur? quis sinistrè iudicet?
quis heresim arbitretur? imo quis nō com-
mendet. Idemq; dicat, & clamet fortiter?
Quocirca vt semel finia, suspectus meritò
bonis omnibus, cū alijs, tū hoc titulo Mus-
culus, quod apud Sozomenum libro. 7.
cap. 16. loco. §. quomodo, & quā ob cau-
sam sublatus sit in Ecclesia præsbyter pœ-
nitentialis, & operosus labor circa modū
pœnitēdi sic habet quomodo priuata cō-
fessio sublata sit Constantinopoli. Id quod
primū opinor aduertisse eruditissimū iux-
taq; ac ac religiosissimū, mortalē quē ego
viderim & norim (bona venia dixerim)
d. Io. Hassellanū, suaq; in oratione quā cy-
gnei cantici (ni fallor) instar, Tridenti in
confessu synodi peroravit, & post paucos
dies, ex hac aura, cū totius concilij luctu,
sublatus est, liquidissimè demonstrauisse.
O vero egregium candidūq; interpretem
ecquid

ecquid porro aliud è versionibus Lutheri
 Melanchtonis, Oecclampadij (vt alios ta-
 ceam) quos auidissime cupidiusq;, quam
 hamũ pisces, voramus expectandũ? Quid
 ni hosce quondã Ecclesiã catho. inquil-
 nos, & Romani nominis, & fidei cultores
 coniuatosq; olim clientes, nunc vero seu
 profugos, seu extorres vomicas schisma-
 tici alij obuijs vlnis excipiant, ambobus
 amplexentur brachijs laudēt felices ausus,
 cõmendent furoris ministeria, quibus or-
 bẽ cõcitare queāt? tribunalia omnia euerte-
 re. resp. demoliri, & tanquã tēpestate qua-
 dã Imperatorũ, regũ, & principum scepra
 manibus excutere, legibus humanis iuxta
 diuinisq; silentiũ turpiter indicere? Quid
 ni tradent vota, atq; sententias dignos eos
 arbitrentur refractarios, quibus in cõgres-
 sibus literarijs litibusq; iurgijsq; mouēdis,
 suscitandis turbis, agendis rapinis, deniq;
 quibusuis periculis, negocijsq; intrepidẽ
 vtantur, cũ et à quibusdã malè feriatis mō-
 stris, quãuis satis diligentẽ nauatã operam,
 necdũ operi sufficere cõperiant, & sciãt ser-
 monẽ tritũ in prouerbiũ diu venisse eum
 qui dũ hostis fuit nocuit, itidẽ si amicus sit
 vtut potest profore, eoq; amplius quod et
 eorum

eorum quos deserit, res optime cognitae
 perspectasq; habeat, & quod illorum ad
 quos deficit, partim cōiectura colligat par
 tim destinata malitia, & si nō probet apud
 se, palā tamē defendit, vt aliquo malo suos
 relictos lædat, qua quidē prorogatiōe vsus
 est Alcibiades relinquens athenienses, la
 cedæmoniosq; sibi cōcilians, quod habet
 Thucidides hist. Athenien. lib. 6. de bello
 Peloponens. & eiusmodi quā plura profe
 cto emolumenta accepta, referre debemus
 nostrę ætatis nostręq; memorię græculis
 permultis, qui tantū ad insaniendū vulgo
 materię suppeditaturos putant se, idq; è
 græcis suis, nā latini satis sani sunt, quātum
 nō tantū ad totā romā, sed vniuersum or
 bē christianū sufficiat obruendorū, qui ni
 loquantur vt nō intelligantur, tacuisse se
 mutosq; opinantur fuisse, si vero ita vel o
 rare vel scribere valent, vt vel à nullis, aut
 minori parte capiantur alij nostri heracti
 ci stoici, tunc demū græci, tunc boni per
 fectiq; oratores vel scriptores omniū di
 gitis monstrandi sibi putantur, hi nobis
 quotidie nouas quæstiones, nouas verbo
 rum nominumq; rixas suggerunt, isti, isti
 sunt, inquam qui piū esse opinantur, in re
 tanta

tanta fallere fortiter plebē ignauā, eò quòd materiale, & quoduis crassum mēdaciū veritatis formā, speciemq; assumat, iubentibus græculis, qui etiā si velint errare nō possint, qui nunc his, modo illis oculis infensi infestiq; bellum illud grāmaticale, indies instaurant, maleq; pro sua opinione cōpositas partes, dissidere, discrepareq; repugnantes, cōpellunt si diuis placet, quū contra & tacere, ac ita loqui, vt non intelligantur perinde sit, nisi quod istud sit etiā operā ludere & Idē vnūq; sit, quomodo quibusue verbis, ac sententijs, res profertur, quū nō hæc illis, sed illa huic seruire debeant, et nō semper verborū, nominūq; stet honos (vt testatur in art. poe. hora) rei autē veritas maneat in æternū vt prætereā quod nulli dubiū est, sicut græcorum philosophiā, latinā fecit meliorēq; M. T. sic philosophiā coelestē diuināq;, à iudæis quidē ad græcos primū deinde ad latinos d. Pau. transtulisse, ibiq; sedē stabilē fecisse. Quid enim? nonne relictis Athenis eloquentiæ, iuxta ac sapientiæ parente vrbe omissa, Corintho emporio celeberrimo, philippis quā vrbe Philippus Creuidam prius dictā, à suo deinde nomine nūcupauit, vt

uit, vt habet de eius gestis §. 1. Diodorus Sicularum Colossis, Thessalonica, Lacedemoniorum Sparta, Laodicia Macedonia, Galatia, Pamphylia, aliisque gratiae nobilissimis ditionibus Romam venit? An non S. quoque Petrus, Antiochia, vbi primum christicolae sortiti sunt cognomentum Christianorum act. 11. sedem cathedraeque pontificatus maximi Romam transtulit? Quid porro? An Iudaeorum, seu Hebraeorum Deus tantum est? Absit, An Graecorum proprius? haudquaquam nam & latinorum tantumdem imo omnium, diues in omnes qui inuocant illum. An non vniuerso orbi, cunctisque creaturis, annuntiatum voluit Christus euangelium? & si usque adeo vrgeret graece pleraque scripta, nunquid etiam graece praedicata omnia probabunt? certe ne mihi quidem, nam cum d. Paulus Graecis, & barbaris debitor esset, omnium gentium loquens propterea, & haud difficulter, omnibus potuit euangelizare quanquam euangelium, per varios casus, per multa pericula rerum terra iactatum & alto, diuersis orbis peragratis partibus, Italiam semper ab exordio quaerere, sedes vbi fata quietas forte ostendebant, & hucusque non sine multorum inuidia seruatum, visum copertumque est, & pedetentim rede-

Act. 13.

Rom. 10.

Matt. 23.

Mar. 16.

Luc. 14.

Aa

re in

DE PENITENTIA

citita
arū, pic
tas Enei.
lib. 6.

re in latiū, ac spacio paucorū annorū per-
mensis omnibus mundi plagis multis ex-
antlatis casibus, superatitq; malorū lernis
plurima tandē cōsumpta opera Aufoniā
petijt, & Hierusalē locū sanctū Deo dicatū
euangelij parentē, orbis miraculū, thesaurū
immensum margaritā illā inestimabilem,
non in assyrios, nō in medos & persas, aut
macedones, nō ad græcos inquā allophy-
los, sed Romā almā transportauit, latijque
finibus intulit vbi nō sine ingēti negotio
& vniuersorū admiratione, fauēte numi-
ne perdurat, ac si dudū optata, potiretur
arena & principe orbis loco occupato, tā
longè, lateq; religionis christianæ termi-
nos, quā imperij terrarumque prorogare,
prorogatos tueri, tutas, eadē animi cōpo-
sitione, iisdemq; quibus extensi sunt arti-
bus, atq; virtutibus, tranquille secure, mo-
desteq; possidere, et quod de se luliū iacta-
re solitū esse, testis Sueto. est, venit, vidit,
vicit, tantaq; cū superbia virtute maeste,
hucusq; obtinet, vt ambiguū sit, imperij
fascibus, an fidei autoritate, Roma magis
polleat, rerumq; potiatur. Tantę molis erat
Romanā condere gentem, tantis minimū
illud in principio semen, & granū adeoq;
bene

bene alteq; actis radicibus egebat que nul-
 la temporu maleuoloru hominu, iniuria
 euelli extirpariq; valerēt. En Ecclesia hie-
 rosolymitana vastata est, Antiochena de-
 populata, Alexandrię æquata solo en cã-
 pos vbi illa fuit, Corinthiēsis destituta, de-
 fecit ephesina Nicena languet, Calcedo-
 nensis ijt pessum, Cōstantinopolitana Ma-
 chometicę farine labe infecta, Philippēsis
 & Colossensis, & Thessalonicen, & Lao-
 dicen. & Galatensis ac alię innumerę, per
 totā Asiā, Palestinam, Ægyptū Pontū, Ma-
 cedoniā cæterasq; orientalis plagę, colo-
 nias à fundamentis Apostolicis erectę ec-
 clesię aut nimia vetustate corruerunt, aut
 atatū calamitate, & seu gentiu, seu iudæo-
 ru, seu schismaticoru malitia dirutę sunt,
 altaq; sepultę obliuione, sola antiquitatis
 apostolicę fidelis custos superest augustif-
 sima illa Romana ecclesia, sola præter alias
 omnes viget, floret, obtinet dinini verbi
 victoriā, ab ipsis quidē Apostolis Petro
 & Paulo partā, & per alios pōtificates max-
 imos perpetua successione, quasi per ma-
 nus traditā hætenusq; conseruatā, hac nos
 triumphanus, huic fidē damus, ab hac fidē
 accipimus hanc qui non nouit inimicus

A a ij est,

DE P A E N I T E N T I A

Nō equi
dē inui-
deo, mi-
ror ma-
gis.

est, qui eam spernit, non eam, sed archite-
tectos apostolos, ipsumq; adeo Christum
afficit contumelia, eā tanquā germanā ge-
netricē, omniū reliquarū amplectimur, ex-
osculamur, super fide, & religione cōsuli-
mus, eius fidē, & oracula imploramus, re-
liquas oēs, velut adulterinas, illegitimasq;
maiorū exempla sequuti, fugimus, quæ sa-
nē illi amicitia, fideiq; necessitudine iunctę
nō sunt, huius vnus decreta suscipim⁹, eius
leges nostrę sunt, magisquā aut Magnesi
Platonis leges suas, aut Romani Atheniē-
siū iura sua, vel Iustinianus Aug. vlpiani a-
liorūq; seu philosophorū, seu principū in-
stitutiones suas, vel Augustinus, Cypria-
nus Basil, Iustinus, clemēs, Alexāder, Hier,
Theodoret. Lactāt. Euseb, Cæsar. cæteri q;
Ecclesię pedagogi, sapiētū & philosopho-
rū verustiorū, quacunq; æqui boniq; apud
eos reperere sua fecerunt, & prorsus sicut
primū adolescēte religione Christi, græci
suā fidē hebræorū, hinc mox latini græco-
rū religionē suā instituere argumento, aut
titulis canonibusue, nō ita dissimilib⁹, quā
dissimili orationē stylo, atq; verbis, siue
idiomate, quomodo si paruis magna licet
cōparare, Menandri Perinthiā, andriamq;
suam

suam Teren. fecit quomodo multis scriptis
 Homeri pro suis, sed alia lingua vsus est
 Virgilius, & Nanius, & Ennius, & Plau-
 tus, & M. T. & Socrates, & Plato, & Ari-
 stoteles, ceteriq; ceterorū cū poetę poeta-
 rū & philosophi philosophorū, & orato-
 rū, tū illi, vel isti mixtim omniū. Quocirca Epilogus
 cū nostri studij locupletissimos habeamus
 autores nemo qui sapit, id romanæ Ec-
 clesiæ vitio dabit, nemo nostrū vitupera-
 bit factū qui diuersissimorū temporū pa-
 riter atq; populorū & Ecclesiarū ac cōci-
 liorū, ab illa Christi & apostolorū memo-
 ria ad hāc vsq; nostrā perpetuā consensio-
 nē & velut cælestē illū cōcētum, pulcher-
 rima varietate consonantem, nos fatemur
 trāstulisse & pro nostris quęcunq; illa sunt
 de poenitentia & exomologesi hactenus
 vbilibet locorum vnquā, vel idiomatum
 tradita, obseruataq; ducere, & cādide sen-
 su interpretari velut propria. Peropto nā-
 que maiorum potius æmulari negligētiam
 quam istorum græculorum obscurā dili-
 gentiā qui malunt de voeulis, quam rebus
 semper disceptare, quum nos aliter multō
 faciendum censeamus, atq; in eo disputā-
 dum perpetuo facta, exempla q; patrum et
supe-

DE P A E N I T E N T I A

superiorum ætatum scita, synodorum iur-
 fa, quarumq; nationum similia, totiusq;
 hucusq; Ecclesiæ orthodoxæ symalithiã
 atq; harmoniam contaminari non decere
 Per hanc siquidẽ firmo, fixoq; nexu, quẽ
 poeta catenã auream appellauit, cum imis
 summisq; media arctissimè vinciri, mutu-
 oque cõuenire, & longinquo quasi ambi-
 ru omnia temporum colligari præterito-
 rum curricula, omnium ecclesiarum parẽ
 disciplinã, tanquam iunctis interuallis, di-
 rempraq; momentorum intercapedine, ad
 vnum idemq; medium, & intimum pun-
 ctum, id est ipsius æterni Dei vnionem, ac
 maiestatem indiuisam sibi perpetuo & si-
 milem, & æqualiter respondentem, referri
 proximeq; architectonicam, et basim atq;
 fundamentum nõ solum ære sed vniuersa
 semel duratione perennius, quo iacto, ser-
 uatoq; integrè tẽpus vtrumq;, et bellorum
 & pacis rectè foelicitatq; gubernari queat
 quoq; vel euulso vel corrupto, nihil satis
 tutum esse, nihil diu stabili gradu persiste-
 re, hanc deniq; catenam esse, abhinc vsque
 ad Christum cuctorum sæculorum, homi-
 num christianorum, apostolicarum eccle-
 siarum animos strictissimã quadam socie-
 tatis,

tatis, amicitia, qua nihil mortalibus carius antiquiusq; est, necessitudine connectentē pressiusq; multo alligatos tenentē, quā eā vitæ huius An. Senec. nuncupat, arctissimē mortales omnes perstringentem, neq; aliā ob causam Romanos olim statuas, arasq; paci atq; concordia mea opinione, dedicauisse existimandum, nisi quod vel Numinis aliquando illis inesse vel diuinæ cuiusdam energiæ ad promouendos homines, inq; sui amorē & oblectationem pellicientem gratiam arbitrarentur, sine quibus nullam aut erigi, aut erectam rite excoli Remp. (id quod vsu iā venire cernimus) iudicarent, Id iuris, qui vel ignorant, vel ipernunt vel auitarum traditionum, omniumq; & etatum, & gentium consensu concordiaque immortalis abrogare contendunt, Mutianum illudq; lepidissimum in Seruum sulpitium audiant scomma, Turpe esse nobili ac patricio viro, ius in quo versatur, cuiq; operam daret, ignorare, quod habet Pomponius læt. de iuris peritis. Turpissimum porrò (vt aliquid addam) contemnere, obliterare, calumniari. iam appetit vespera, cras annuentibus superis, finē imponemus operi, si vacat tibi,
ab ne-

DE P A E N I T E N T I A

ad negotijs. P E N I T. Vacat permaximè
neq; vllum mihi tam vtile, tamq; necessa-
rium obuenire negotium posse reor, quod
nō huic libens proposuero christianæ phi-
losophiæ otio. Vale Domine mi in lucem
alterā. C A T E C H. Tu itidem vale quā-
diu voles. P O E N I T. Si per fata liceat.
C A T E. Si id perpetuo lubebit tibi, quod
licebit, tantundem licebit, quantum lube-
bit, Is namque demum beatus est,
cui contingit quod vult, & ni-
hil vult mali.

F I N I S.

Societatis Jesu Paderbornæ

